8
30 H D
31

P. A
Coll. Urbs

~~L. VIII. C.~~
Kk. VII.

G. C. 8-30-1/-31 - 1

RAPHAELIS VENOSTI NOVO comenſis, Canonici Regularis Diui Auguſti ni. De Prędeſtinatione, Gratia, & Libero Ar bitrio Libri Quatuor. Qui omnia pe nè Theologica, quæ à cunctis de propria ſalute peti ſolent con tinent, ac Lutheranorũ hæ reſes, pro hac materia ſunditus euertunt.

EIVSDEM *Tractatus contra hæreſes Fratris Bernardini Ochini Se nenſis. De Iuſtificatione, Confeſſione, & Satisfactione.*

EIVSDEM *Tractatus de Eccleſia: ꝙ non ſit inter Lutheranos, verum apud Sedem Apoſtolicam Romanam.*

EIVSDEM *Tractatus de Generali conſilio ꝙ ſit maioris auctoritatis in determinationibus, q̃ ſit ſolus Papa, ſiue conſilium generale. Intelligatur cum Papa incluſo, ſiue excluſo.*

EIVSDEM *Tractatus, quòd Petrus ſit conſtitutus à Chriſto caput regitiuum totius Eccleſiæ: non caput influens gratiæ ſpi ritum. Chriſtus tali modo eſt caput.*

EIVSDEM *Tractatus, ꝙ Papa ex rationabili cauſa omnium eſt Dominus temporalium bonorum.*

EIVSDEM *Tractatus de exiſtentia Purgatorii, et de auctoritate eccleſiæ.*

EIVSDEM *de ſuffragijs mortuorum, & de indulgentijs tractatus.*

EIVSDEM *Tractatus de poteſtate ſummi Pont. in matrimonijs diſpẽſandis.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IOACHINO LVMELINO NOBILI DE PASSANO AEQVITI, VALIVM DOMINO: *Chriſtianiſſimi Francorum Regis conſiliario: Ecconomoq́; ordinario: Raphael Comenſis ſacræ Theologiæ profeſſor.* S. D. P.

CVM SVPERIORIBVS ANNIS APVD *Sereniſſimum Britanniæ Regẽ à Chriſtianiſſimo Rege tuo Legatus ageres, memini me tibi opuſculũ de nuptijs Catherinæ, tunc Britanniæ Reginæ dedicaſſe, quo tempore perliteras opus de Libero arbitrio, & prædeſtinatione: quod ordiebar, tibi pollicitus ſum, quod ipſum abſolutum mittere ad te cupiens legatum iam apud Clementem.* V I I. Pont. Max. *varijs occupationibus diſtrictus, & aduerſa valetudine impeditus id facere non potui, quæ fuit cauſa etiam, vt cum Venetias legatus veniſſes, idem perficere nequiuerim, cui operi multa adieci, in quibus eſt contra errores fratris Bernardini Senenſis, cui quãdiu bonum virum eſſe exiſtimeſti, ſcio te amiciſſimum fuiſſe, nunc vero totum hoc opus tibi dedico, tibi inquam, qui in omni re prudenter, & grauiter a te agẽda, ante oculos ſemper habẽs Dei timorẽ, cuius voluntati aſcribis omnia, & ad eius voluntatem conuerſus Chriſtiano ritu viuis, maluiſtiq́; ſemper eſſe, q̃ videri bonus, hinc euenit, vt in obeundis legationibus tuis, non ſolum princip à quo miſſus fueras, ſatisfeceris, ſed ijs etiam principibus, ad quos legatus veniſſes, quo factum eſt, vt ter in Britannia, bis Venetijs, rebus benegeſtis legatus fueris, quod illi præpotenti Deo acceptum referri oportet, qui ſcrutator cordium, cum alia multa, tum hoc tibi, cum ſumma tua laude dedit, vt inter gallos, & Britannos auctor pacis eſſes, flagranti inter ipſos bello, & iam Britannis rei benegerẽdæ occaſione oblata in illa ad Ticinum parum proſpera Regis fortuna, fuſo exercitu: multis captis: non paucis cæſis: quo tempore ea à te tractandæ rei, tractandiſq́; animis modaratio adhibita eſt, vt in illa calamitate Galliæ, tunc Rege ſuo orbate, non ſolum, vt deſideratam ita fortaſſe parum expectatam pacem attuleris, ſed etiam ita Britannum reconciliaſti, vt procurator ſubinde fuerit, & Galliæ reſtituendi Regis, & ipſi Regi, vt liberi obſides redderẽtur, non prateribo à te eſſe perfectum, vt Renata Ludouici Chriſtianiſſimi Regis filia Herculi, nunc Ferrariæ Duci in matrimonio collocaretur, patre Alphonſo ad ſtudium tui regis translato, Quid? tacebo ne, tuam in inclytam Genuam pietatem? hoc tamen attingã, vt faceres, quod omnes patriæ, & reipu. debent, maiores tuos imitatum; qui ob hanc virtutem multis à Genuenſibus immunitatibus, quibus frueris, donati ſunt. Te non ſine ſummo periculo, ita laboraſ-*

ſe de deditione Lanternæ vt illa arx, natura, & opera inexpugnabilis, funditus euerteretur, quo Genua Vrbs pereundi liberaretur periculo, quod ſtudium partium ei minabatur. Id autem es aſſecutus ab Octauiano Fregoſio tunc Duce, principe(ſi vere loqui volumus)& prudentiſſimo,& optimo. & omni laude dignisſimo:cui cũ eſſes cariſſimus,per te adductus eſt, vt depoſito principatu(tanta erat ipſius in patriam & charitas & pietas)ciuitatem vellet atq; eniteretur liberam eſſe, quod cum ex ſententia non ceſſiſſet,ad auctoritatem Chriſtianiſſimi Regis non ſine voluntate omnium ferè ciuium translata fuit.Mortuo Octauiano Regis Vicario,cum incredibilem ipſa ciuitas ex mutato rerum ſtatu iacturam feciſſet, conſtantiſſime in eodem tu propoſito manens,eadem tua in regiam maieſtatem obſeruantia, id à Rege optimo,& ad honeſta ſubiectorum ſuorum commoda promptiſſimo,es aſſecutus,vt recepta ciuitate ſpes eſſet, fore vt ciuium votis facile annueret,ſi ipſi aliam regendæ Vrbis rationem non iniuiſſent, qua tamen re non impeditus,ſemper laboraſti,vt ea ciuitas in gratia apud Regiam maieſtatem eſſet,eamq́; pergis,quantnm in te eſt,augere.Quo factum eſſe arbitror,vt cum tu pacis amator,bonarum rerum auctor,publici cõmodi procurator,bonorũ amicus: male vero & factis,& dictis hoſtis ſemper fueris, diuina prouidentia premii cauſa te multis periculis ereptum,in hanc vſq; diem integra mente,integraq́; corporis valetudine incolumen præſeruauit, & ut obrepentem, iamq́; imminentẽ ſenectutem faciliorem leuioremq́; redderet,tibi iam ſeneſcenti Catherinam Saulã connubio iunxerit,natura,educatione,omni genere virtutis, quæ cadere in illum Sexum poteſt, præſtantiſſimam fœminam, ex eaq́; in tua ſenectute quatuor præclaræ indolis liberos ad propagandam nobiliſſimam familiam tuam, & quod bona gratia tui Regis factum eſt, vt Patauii in nobiliſſima Ciuitate, cœli temperie vbertate frugum, fructuum varietate, vicinitate maris, copioſo atq; opportuno loco,tanquã in tranquilliſſimo portu ſub vmbra Sereniſſimi Venetorum Dominii,quod reliquũ eſt vitæ viueres,cuius vrbis omniũ conſenſu,ingentiq́; lætitia ciuis declaratus,ab omnibus venereris, & amaris, quas ob res à te agi gratias Deo non ignoro: quæ, vt perpetua ſint, longiſſimoq́; tempore ſuperſtes filijs tuis ſis, quo eos & optimis moribus:& præſtantiſſimis diſciplinis: & religione chriſtiana: & imitatione tui erudias: eundem Deo oro atq; obſecro. Vale.

DOCTISSIMO VENERABILIQ; Viro.D. Raphaeli Nouocomenſi regulari Canonico,atq; Theologicæ Sapientiæ ſplendori, Ioannes Franciſcus Gorus Caballenſis eiuſdem ordinis profeſſus diſcipulus filiuſq; in CHRISTO.S.P.D.

HOmines,qui pręſtanti ſunt ingenio, & animo excelléti Raphael pater æquiſſime ſemper aliquid, vnde nomen ſuũ reddatur illuſtrius,& aliorum commodum efficiatur maius moliri, atq; eniti conſueuerũt.Nõ ſibi tantũmodo, ipſis uerum,quoq; & aliis natos ſe fuiſſe memores. Et cum multæ ſint eorum actiones multę artes,multæ ſciẽtiæ,atq; multi fines,omneſq; non omnia poſſint.Hinc fit,ut hic rebus gerendis.ille Reip.adminiſtrandæ, unus corporum curationi,alius ſubuentioni animarũ. Is diuinis legibus interpretandis, & exponendis, alter alterius generis præclaro operi aptus ſit,& idoneus. Illi autem,qui fini excellentiori, & eccellentius incũbunt: Ii cæteris pręſtantiores ſunt,cuiuſq;,ſiquidem rei nobilitas,& perfectio,ex fine,& opere ſumitur. Quæ cum ita exiſtant,quam maximas gratias tibi omniũ excellentiſſimo,ab omnibus habendas,nunc affirmare non dubitauerim. Quando tum præclariſſimos, tum diu deſideratos de re diuina libros, nunc primũ in lucem emitis. Quod & ſi piiſſimum, atq; ſanctiſſimum apud fideles ſemper habitum eſt, his maxime turbulentiſſimis temporibus etiam neceſſariũ; qui-

busomnia dolis, & impietate adeo plena ſunt, ut fi-
des ipſa, & Chriſtiana religio peſſundari uideatur.
Gaudeo itaq; plurimũ, & lætor optime pater robur
illud rationum tuarum, quo Lutheri, & cæterorum,
heraſiarcharum, impietates, & ſcelera, publicis lectio
nibus, & domeſticis colloquiis acerrime refellere, &
confutare ſoles, noſq; idem, ut faciamus edocere, iam
tãdem in publicum exire. Nunc boni quiq; ex libris
eximiæ charitatis tuæ promptæ, & expedite conſpi-
cient, quantum ſit in aduerſariis fidei Catholicæ fla-
gitium, quanta in uera religione fidelitas, & rationes
Hereticorum, quantum ſint, debiles, oneroſe impor-
tune, præſumptuoſe, & (ſi dictu fas eſt,) rationes ra-
tionem nullam habentes. Iam liqueſcet, oculo ſano;
qd de prædeſtinatione, de gratia, de libero arbitrio,
de fide, de operibus, de pœnitentia, de purgatorio, de
pontificia poteſtate, ſit unicuiq; tenẽdum, quando ſo-
lertiſſimum, acutiſſimumq; diuini Raphaelis inge-
nium, hinc, & inde rationes æqua lance librauit, lima
uit, eneruauit, & è multis racemis diuerſis, á uitibus
euulſis in unũq; coaceruatis, uinũ unũ ſuauiſſimũ, &
iucũdiſſimum emulſit. Etenim quod in ſacra pagina,
& apud celebrioris nominis authores ſparſim legit.
hoc totum paucis clariſſimiſq; capitibus plene colli
gis, & perfectæ diſponis, ita ut lucubrationibus tuis,
aut ſanctius, aut plenius, aut ornatius fieri poſſit ni-
hil. Placet, præterea, in hiſce libris, auro certe, uel ce-
dro (& ſi quid aptius dici poteſt) reſeruãdis, ſumma
cum ueritate facilitas, Nam licet materies, per ſingu

las ſui partes, queſtiones, non modo ſubtiles: uerum etiam difficillimas, & apud pleroſq; non obſcuri nominis authores inextricabiles, habeat. Ita, ut in his numerata diuinorum uirorum ingenia deſudarint, & tractatus, non niſi reconditos, & obſcuros emiſerint, tu tamẽ, (quæ tua eſt ingenii fœcũditas,) hæc adeo, clare lucide, & plane pertractas ut quiſq; uel medio criter eruditus, & tute legere, & plene percipere põt. Quare diuinis uirtutibus tuis, quibus ſemp, & ornatum, & amatum te demonſtraſti, non præſentes modo quorum hac uia, intellectus eſt illuſtrandus, & confirmanda ſeu etiam reparanda credulitas, uerũ quoq; futuri perpetuo poſteri plurimum debere ſe noſcent. Semper enim te mõſtrante, bicipites enſes, & hoſtilia ſpicula, de manibus aduerſariorũ, fideles, euellere, & extorquere ualebunt, & (ſicut eſt in pro uerbio) ſuis eos gladiis iugulare. Atq; ita fiet, ut memoriam hi libri ſint habituri perpetuam, & Raphael uiuat æternum. Hinc inſuper præclariſſimi æquitis, regiiq; tum oratoris, tum cõſiliarii Domini Ioachim fiet indelebile nomen, quem grauiſſima authoritas tua unum ex omnibus delegit, cui tam Venerabile opus conſecraret, qui cũ multis rebus, à ſe magnificentiſſime geſtis, plurimis pietatis operibus, quod hac tempeſtate raro in ſuis ſimilibus uſu uenit,) innumeris animi corporiſq; dotibus, quę uirum fœlicitã re ſolent, ſtrenuum ſe uirum & magnanimum æqui tem præſtiterit, nunc abs te, unico hoc actu, illuſtriſſimus, & ſplendidiſſimus redditur. Et quemadmodũ

ope tua,& beneficio,factũ eſt, ut diu ſciſcitantes animi,& dubii intellectus,nunc primũ,quaſi noua quadam nec amplius uiſa luce perfuſi,caligine omni, & tetra fœditate mundentur. Pari ratione totius generis ſui abſte uno prouenit illuſtratio,quando iudiciũ tuum,quodq; diligens ſit & ad deliberandum ſubtile in hiſce libris conſpici poteſt de tot clariſſimis, & præſtantiſſimis uiris eũ unũ dignũ aduerterit munere tanto donari. Nunc reliquum eſt, quibus ualeo præcibus lenitudinem tuam exorare, ut ſi quæ alia huiuſmodi enixus fueris animi pignora, & ad meam qui te totis præcordiis amplector,& cæterorum ſtudioſorum,& totius fidei Chriſtianæ utilitatem in lucem emittas,licet enim,dum ea ego abs te priuatim audio gratiſſima ſint,tamen ſi paſſim eadem, per ora aliorum uerſari perſpexero,etiam iucundiſſima fient. Vale ergo diu,& uiue fœlix,ac pro me mutuo ad eũ, qui te talem nobis præbuit uirum preces effunde. Datum Paduæ ex monaſterio noſtro ſancti Ioannis in Viridario. M. D. XXXXIII. Quinto Idus Auguſti.

TABVLA

INCIPIVNT CAPITA PRIMI LIbri De Prædeſtinatione & Libero Arbitrio in ſe Capita nouẽ ſubſcripta continentis.

PRoponit auctor, ſi prædeſtinatus queat ſua libertate damnari & reprobatus eadẽ ſaluari. Ponit Lutheri hęreſim, & eam ſoluit, & quid lex Moſi, ac Naturæ ualuere hominibus. Cap. I.

De diuerſa ſignificatione huius nominis Prędeſtinatio, ob quã plures dant̃ de eo, quid nominis deſcriptiones, ſiue diffinitiones, et ultimo dat̃ diffinitio cõpleta, qd noĩs cũ ſexdecim correlariis. ca. II.

Recitantur opiniones de cauſa effectus connotati in hoc nomine quod dicitur Prædeſtinatio, & illarum reprobationes. Cap. III.

Opinio recitat̃, ꝙ reproboꝝ & p̄deſtinatorũ merita, ac demerita, ſint fuerintq́; re p̄ſentia ab æterno Deo Optimo Maximoq́;, & nõ tantũmodo quoad diuinam præſciẽtiam & illius reprobatio ponit̃, multaq́; de æternitate, ac Dei immenſitate dicuntur, cum determinatione de durationibus ſcilicet æternitate, æuiternitate ac tempore. Cap. IIII.

Recitatur opinio, ꝙ notitia de Dei p̄deſtinatione, noluerit Dominus noſtro beneficio, ut nobis reuelaretur, & quõ etiã pluriũ naturaliũ effectuũ, ĩpoſſibilis ſit à nobis aſſignatio cauſaꝝ. Recitãtur plures cõueniẽtiæ, cur aliquos uoluerit p̄deſtinare, & aliquos reprobare, & reprobatões illaꝝ. C. V

Cum ſuis fundamẽtis recitatur opinio, ꝙ ſine fide & opibus ſolo Dei beneplacito eliguntur prædeſti

nati,adulti i ſalutẽ ęternã,& eiuſdẽ reprobatio.c.vi.
Modus in quo opinant̃ aliq̃,ſolo dei placito aliquos prædeſtinari, & pſcitos ex malis opibus reprobari, & eius reprobatio,& quædam diſputatiuæ de oratione dicunt̃,quæ i libro tertio ſoluunt̃. Cap.VII.
Improbat auctor rões cap.vii.recitatas deinſtãtib⁹ diuinis,in qbus pdeſtinãt̃ electi,& reprobant̃ reprobi,& multa dicunt̃ de prioritatibus naturæ, tpis & origis.De duplici foro,de duplici pſoarꝝ acceptiõe, & i quo de⁹ dicat̃ accipe pſonã,& i quo nõ. c.VIII.
Q uòd uoluntas hominis ſit cũcauſa effectus, cõnotati in nomine Prædeſtinatio,qui dicitur prædeſtinatio formalis,& prȩuiſa opera.Q ueritur etiam in quo momẽto,adultus teneatur aſſentire uocationi Dei,& multa dicunt̃.Q uomodo generet̃ in Chriſtiano fides acquiſita,& ſi in poteſtate hoĩs ſit fides, & ſi nõ eſt,cur Deus ĩfideles dãnat,& ꝙ cuilibet poſſit homo aſſentire theologico complexo. Cap.IX.

CAPITA SECVNDI LIBRI SVNT VIGINTIOCTO.

A Struit quod ſignorum equiuocorum prius debeat diſtinctio fieri ante reſponſionem obiectorum,& de quatuordecim terminis declarandis,qui in prædeſtinationis ſigno cõuoluuntur. Cap.I.
Q uid ſignificent & connotent nomina hæc , oſtẽdit̃ ſcilicet ſciẽtia Dei,Præſciẽtia,prouidẽtia, ac Dei iudiciũ,ſiue notitia iudiciaria,& quonam modo de ſe ipſis,uere prædicantur,ac uere negantur,& quomo

do Deus modo ſcire,modo neſcire dicatur,mutatio ne ſignificati complexorum. Cap.II.
De ſignificatis huius nominis,qđ Prædeſtinatio di/ cit,& huius nois prouidentia,& an cuncta ſubiecta ſint diuinæ prouidentiæ,etiam fortuiti, & caſuales ac contingentes effectus,& ſi idem ſignificent, pec/ cator,peccatum,culpa,reatus,& omiſſio. Cap.III.
De enunciationibus,quæ fuerint cum iſtis uerbis, & eorum participiis,ſcilicet, præſcio,prædeſtino, prę ſcitus, prædeſtinatus. Cap.IIII.
Aliqua contingens enunciatio nũquam erit falſa, & aliqua nũquam erit uera, quæ tamen poſſet eſſe ue ra, multæq; logicales ueritates inſeruntur. Cap.V.
Ponit cauillos eorum qui obiiciunt tertio capiti, & de triplici contingenti,& de recontingenti, ac de fie ri contingente,& quæ ſciat Deus neceſſario,& quę contingenter,& cuius Deus ſit præſcientia neceſſa ria,cuius ſit contingens. Multa referuntur de nomi nibus diuinis,in quo ſenſu de ſe uere prædicentur, &in quo uere de ſe negãtur. Item de nominibus ani mæ humanæ multa ſcitu digna citantur. Cap.VI.
Eadem eſt potentia,prędeſtinandi & reprobandi di uina,& hoc logice probatur,& quę ſit Dei libertas. Quid ſit ſimultas potentiæ ad oppoſita,& quid po teſtas ſimultatis ad oppoſita. Cap.VII.
De rerum contingentia, & contingenter fieri rerũ, & quomodo prænoſcat Deus contingẽtia, & con tingenter fieri. Item rationes ponuntur phyſice, quibus probatur dominum ad extra operari cõtin genter. Cap.VIII.

Sophiſtaꝝ cauilli ſoluunt̃,q uident̃ ꝓbare oĩa ne-
ceſſario euenire,& multa de Dei pſciẽtia.ac qũo li
bertates humanæ ſunt cauſæ aſſenſus diuini.i.cõ
notatorũ per hunc terminũ Dei pſciẽtia.Ca.IX.
De triplici ſignificato huius nõis,qđ Prædeſtinatio
dicit̃,ſcilicet actiuo,formali & paſſiuo,& de diuer
ſis petitionibus,quę fiunt in hac materia qualis ſit
intellectus etiã ſi idẽ ſit prędeſtinatio,& diuina ele
ctio,quid ſignificet Dei ſtudiũ,ac Dei cõſiliũ,& ele
ctio quot importet ſignificata. Cap.X.
De diuina uolũtate,q̃ in pdeſtinationis ſigno cõuol
uit̃,qđ ſit uolũtatis Dei ſignũ,& uolũtatis dei bñ
placitũ.Quot ſint uolũtates Dei.i.ſigna.Cap.XI.
De duplici diuina uolũtate antecedẽte,& cõſeguẽ
te & qđ ambe in eorũ terminis conuoluant,& qua
liter diuerſitate ſignorum,& ſignificatorum,diuer
ſo modo dicimus Deum uelle. Cap.XII.
Cauilli ponunt̃,quibus uidetur ꝓbari nos nõ poſ
ſe facere cõtra Dei uolũtatẽ,& cõtingẽter nõ poſ-
ſe peccare & quomodo poſſumus facere,& nõ fa-
cere Dei uolũtatẽ,& in quo ſenſu dicimur obliga
ti exeq̃ uoluntatẽ Dei.Multæ ſcripturæ ueritates
declarant̃.Itẽ,oſtendit̃ uolũtatẽ Dei contingen-
tẽ,cõuoluere uoluntatẽ humanã,ita ꝙ uelit Deus
tm̃modo ſaluare eos,qui ſaluant̃ cũ bona ſaluãdo
rũ uolũtate,& eos tm̃modo dãnare,qui damnant̃
cum damnandorũ peruerſa uolũtate.Cap.XIII.
De multiplici opinione,de libero arbitrio,& de qua
trupli ci ſtatu hoĩs,& diuerſitate libertatis in quo
libet ſtatu.Recitant̃ opiniones Manicheoꝝ Lu-

theri, Viclephi,& Pellagii. Sex fundamēta Pellagii de poteſtate liberi arbitrii ſine diuina gratia recitant, & ſolutiones ponunt, & cur uehementioribus afflatibus aliquos uocat q̄ alios. Et cur Tyriis & Sydoniis nō p̄dicauit dominus, quos deuotiores nouerat debere fieri ſi p̄dicaſſet. Cur idolatras & pueros in originali decedētes deſerit, & ſolutionē ponit. Quid ſit p̄deſtinatio, & qd reprobatio, & induratio. Quot modis dominus indurat. De multiplici dilectiōe Dei, & multiplici dei odio. Itē, quærit ſi liberū arbitriū ſit p̄deſtinationis cauſa an ſola gratia, an utrūq;. Quomodo p̄deſtinatio habeat cauſam. De ſeptē ueritatibus, quæ aſſignāt cauſas actuū humanoꝝ. Dubiū ponit, qūo ſtet liberū arbitriū cū diuina p̄ſciētia, & diuina p̄deſtinatione. Vltimo ponit auctor, quæ ſeruari debēt dū opera bona, uel exiguntur ab homine, uel tribuuntur homini tacita Dei gratia, & qualiter intelligendum eſt, cum dicimus hominem poſſe credere, ſperare in Deum, & diligere Deum, & quid ſit uolūtas ſanata, & non ſanata. Cap. XIIII.

De hoīs libertate quæ in p̄deſtinationis termino cōuoluit ſiue cōſignificat diuerſæ opiniones recitantur, ponit auctoris intētio, & docet in quo cōſiſtat humana libertas, & diffinit liberū arbitrium ſm q̄ conuenit tm̄modo uolūtati hoīs uiatoris. Ca. XV.

Fit obiectio, quod ex Dei coagentia, qua uoluntati humanę coagit Deus, non ſit homo liber ad operādum, & ſolutio auctoris ponitur. Cap. XVI.

De multiplici hoīs libertate, & ſi ex Dei p̄ſcia, aut

ex regno Sathanæ,& ſi ex infectione fomitis, liberꝝ nō ſit,ſed ſeruū arbitriū.qūo diuerſæ libertates ſe ſuperāt,& de diuinis influxibus, & de diuerſo modo ꝑducēdi cōtingēter et libere cōtingētia.Ca.XVII
De opere in prædeſtinationis ſigno cōuoluto. Quo tupliciter dicatur bonū opus,& quomodo malum opponatur bono,& quid ſit malum clare declarat̃, & ſi opus meritorium plus a libertate pendeat,an a gratia Dei gratifica. Cap.XVIII.
Solo opere charitatis producto Deo exhibet̃ obſequium. Cap.XIX.
An liberū arbitriū ſit potētia imperātiſſima,& de duplici iudicio,& qual'r habet ſupius cōſulēs, & nō ſuperius imperās creatū,& an ſit magis liber intellectus practicus,an uolūtas,an ecōtrario.Cap.XX.
De diuina gratia in termino prædeſtinationis cōuoluta,multiplex gratiæ acceptio , multiplex etiam effectus ſiue motus,& an ſuperfluat gratia,ſi pręparationes non ſint mere hypochriſes,& quomodo charitate mereamur.& quomodo non.Cap.XXI.
Oſtendit auctor præparationes ad conſequendam gratiam non eſſe meras hypocriſes, ſed de cōgruo reqſitas ad charitatē ſpiritus habēdā. Cap. XXII.
De prædeſtinationis multiplici cauſa, & de modis arguendi in hac materia. Cap.XXIII.
Quod de diuinis actibus,quæ nominibus Dei,quæ ſunt ſigna noſtra aſſignamus rationem, & pro quo ſupponāt,& quid connotent. Cap.XXIIII.
De nominibus diuinis ex creatis Deo attributis, & noib⁹ extaticoꝝ,& diuerſis notitiis fidei,Ca.XXV.

Quid importent hi termini, neceſſitas cōſequentis, & neceſſitas conſequentiæ. Cap. XXVI.
Quid importēt neceſſario & imutabiliter uerū, ac neceſſario & imutabiliter falſum, & neceſſario eſſe & fieri, ac imutabiliter eſſe ac fieri. Cap. XXVII.
Epilogat auctor quaſdam ueritates, quæ in p̃dictis continentur. Cap. XXVIII.

CAPITA TERTIII LIBRI SVNT QVATVORDECIM.

DEſtruit auctor ſextā opinionē primo loco recitatam, & quędā motiua Lutheri falſa ſoluit, multa dicit de tractu ſeu uocatione Dei, efficaci, & inefficaci, exponēdo illud domini oraculū. Nemo uenit ad me niſi pater meus traxerit eum, & illud, omnis qui audiuit à patre, & didicit, hic uenit ad me, & quod aliqui nolentes trahi trahūtur, & quo modo orandum eſt, ut trahamur. Cap. I.
A Luthero elogia ſcripturę, & ſanctoꝝ ꝑperā intellecta, ſano ſenſu & catholico exponunť, & ſi in uita degēs Pharao, iā eſſet dānatus. Apl̃i dicta. ix. cap. ad Ro. declaranť, et ſi gratia et opa bona, ſint omni adulto neceſſaria, et quomodo non. Cap. II.
Eponuntur catholico ſenſu auctoritates ſcripturæ, quæ uidētur ſalutem noſtram Dei placito aſcribere, et nullo modo operibus noſtris, quomodo in omnibus Deus miſericorditer, et iuſte opereť, et quæritur ſi iuſte Deus præmiet nos, et ſi condigne meremur beatitudinem, et quomodo miſericordi-

ter nos Deus ſaluet,uidelicet cũ opibus.Cap,III.
An reprobi poſſint corrigi,et ſi dãnati poſſint bene
moraliter agere,et cõcludit auctor ꝙ nõ.Ca.IIII.
An reprobi dicere debeant,aut poſſint utiliter dice
re orationem Dominicam. De orationis cõditioni
bus,et operum diuerſo genere. Cap.V.
An is,cui dominus reuelaret ſuã,uel alterius dãna-
tionem deberet dicere orationẽ dominicã. Diuer
ſorum recitant opiniones,et auctoris aſſertio; et ſi
deobligaretur a præcepto ſpei in Deũ habẽdę.et
a præcepto de dilectione proximi. Cap.VI.
An domini noſtri et ſanctoꝝ ſit paſſionibus dolen-
dum,quas Deus uoluit efficaci placito. Etiã an ci
uitatũ calamitates innocentium mortes,et id malo
rum pœnę genus ſint appetendæ. Cap.VII.
Soluunt quædã ſcripturaꝝ elogia prĩo libro citata,
et ꝓbat aſſertio tertia de cauſa p̄deſtinationis, et
quę orãdo cõſeqmur,quę uero nõ,et cur ĩputatur
peccatũ nõ p̄deſtinatis,pro qbus Chriſtus nõ ora
uit,cũ alr ſaluari neqrint,niſi xp̃i Ieſu mediãte ora
tione ad patrẽ fuſa, cũ dixit ſe nõ orare pro mũdo,
ſed tñ pro his,quos ei dedit pater. Cap.VIII.
An prædeſtinatus poſſit dãnari,et reprobatus ſalua-
ri, etiã,ꝙ multi in inferno dãnati ſunt ſaluati,et ſal-
uabunt,et quid ſentiendum,ſit de bis mortuis,ſi po
tuerunt damnari in ſecunda morte,quoniam in pri
ma deceſſerunt in gratia. Cap.IX.
Videtur prædeſtinatũ in ſenſu diuiſo non poſſe dã-
nari,nec pręſcitũ ſaluari,et quid importent nomina
et uerba diuerſi tẽporis,cũ de Deo dicunt. Cap.X.

Ponit auctor ſolutioné Scoti, quę poſſet applicari cauillo auctoris, & quędam ſm Auguſtinū de tépore, ꝙ ſit animi diſtenſio. Cap. XI.
Aliæ ſolutiones dantur, ſed auctor eas reprobat, cū magis ex illis uideatur, prædeſtinatos neceſſario, & non contingenter eſſe prædeſtinatos. Cap. XII.
Auctoris aſſertio ponit̃ diſtinguẽtis de duplici potẽtia logica uidelicet & reali, & qualiter earum una opponit̃ neceſſitati, altera ĩmutabilitati. Cap. XIII.
Doctoris epilogus ſeptẽ aſſertionibus cõprehẽdit̃, & qđ Deus prædeſtinauit eos, quos præuenit ſua libertate bonos fore, & loqt̃ de adultis. Ca. XIIII.

CAPITA QVARTI LIBRI SVNT QVATVORDECIM.

AN prædeſtinatus poſſit deleri de libro uitæ, & de duplici uitæ libro. Cap. I.
Si prædeſtinatoꝝ numerus poſſit augeri, uel minui, & quando Chriſtus erit uir pfectus. Cap. II.
Cur prædeſtinatos cadere promittat Deus, & ꝙ prędeſtinatis utilis eſt caſus: cum feruentius & humilius reſurgunt. Cap. III.
Cur creauit Deus reprobãdos, quos nouerat male uicturos cū illis melius fuiſſet, nõ creari. Cap. IIII.
Quot erunt prædeſtinati uiri, tot erunt prædeſtinatæ mulieres, qui fuiſſent fratres & ſorores ſi Adam non peccaſſet. Cap. V.
Cur ęqualiter peccãtiū, aliquos ſtatim punit Deus, & alios ad pœnitentiam reſeruat, & de duplici ſummo, ſcilicet malitiæ & ęſtimationis. Cap. VI.

De nũero p̄deſtinatoꝝ opinabilr loqᵗ auctor. cã. viii.
Qui erunt plures hoíes ſaluandi an dãnãdi, & tenet auctor de xp̄ianis, plures ſaluãdos eſſe. Cap. VIII.
Auctoris reſpõſio datur, & de triplici appetitu pulchra poſitio, & qđ beatitudo ſupernaturalis, naturaliter à nobis nõ eſt appetibilis, ſed tm̃ ea, quæ eſt naturalis. Item probatur contra Lutherum, quod iuſtus non peccat in quolibet ſuo opere, & multiplex conſideratio boni operis. Cap. IX.
Soluit auctor motiua, quibus oſtendi uidebatur plures eſſe de chriſtianis ſaluandos, quæ rationes tamẽ ſunt minus probabiles. Cap. X.
Ponit auctor motiua tenentium, æqualem eſſe prædeſtinatorum & præſcitorũ numerũ, & qualiter ex ſcripturis nulla habetur certitudo. Cap. XI.
Auctoris opinio, ꝙ de chriſtianis ſint plures ſaluãdi, & ad ſpem in Deũ nos pluribus motiuis erigit habendam. Cap. XII.
De coniectura prædeſtinatorum, & præſcitorum, & ſi qs ualeat eſſe certus ſua de ſalute, & de ſignis inexiſtentis gratiæ, ac de fallacia demonum multa dicit auctor. Cap. XIII.
Ponit auctor pro ſumma totius operis, vigintiſeptẽ ueritates, uti ędificii ſpiritalis baſes, ſeu fundamẽta totius operis. Cap. XIIII.

Explicit Tabula, ſiue ſumma capitum, quæ continentur in quatuor libris de Prędeſtinatione, & Libero Arbitrio, editis à D. Raphaele Comẽſe Canonico regulare.

Pręfatio Dñi Raphaelis Nouocomẽſis ad Lectorẽ.

PEſtem illam,ac hęreſis labem Martini Lutheri admodũ ægreferẽs: qua Orthodoxę eo illudit ueritati de neceſſario rerum omniũ euentu.De ſeruo arbitrio.de uano bonoꝝ opeꝝ conatu ꝙ rebus cõtingẽter fieri diuina ꝑnotio.Prędeſtinationi libertas,ſpiritui gratię nixus operum aduerſari duxerit,zelo Dei mei,& decore domus eius,quã dilexi, & ne Lutheri latratibus fideliũ mẽtes à bene cœptis torpeant:diuina ope fretus,ſacre pagine nedũ oraculis, uerum etiã Sanctoꝝ teſtimonio,& humanarũ elenchis doctrinarũ,de quibus ſupercilioſe gloriatᷣ, præſcripta nedum ſibi aduerſari,ſed & ſibiipſis cõſentire probabimus.Prouintiã non modicã in hunc pſeudo ꝓphetã,& in alios multos hac noſtra tẽpeſtate,opera ſoli diuinę gratiæ aſcribẽtes ꝓpemodũ uires ſuperantẽ humanas aſſumpſi,in qua nõ me uti magiſtrũ. Atqui doctrinalis ittineris ſotiũ ꝓfero, qui aliis currentibus,& ipſe curo,beati Auguſtini regulã obſeruaturus:qui de ſe inquit.Non me pigebit ſicubi hęſito, querere.Non pudebit ſicubi erro diſcere. Quiſquis hęc legit ubi pariter certus eſt,pergat meũ.Vbi pariter hęſitat,quærat mecũ. Vbi errorẽ ſuum cognoſcit reddeat ad me.Vbi meum,reuocet me. Ita ingrediamur ueritatis uiã tendentes ad eũ de quo dictum eſt. Quęrite faciẽ eius ſemp.Eſt aũt uolumen quatuor libris ſectũ. Quoꝝ primo,&bene aſſerta,& perperã dicta,ueritatis indagine uidentᷣ informari;Secũdo li

bro noīum ſignificātias,& uſum,quę in ꝑdeſtinatiōis ſigno cōuoluunt̃ explicauimus, nobiſq; libro primo obiecta,in tertio diſſoluemus. Et in quarto libro dubia occurrētia ſoluemus,& noſtra aſſerta dicta cōfirmabimus. Quare Lectori ſiqd in his ipſis aliqd ariſerit nō mihi quidem,ſed Deo Opt.Max.atq; munifico acceptū refferat,a quo effluitqcqd ęgregiū pōt humana fragilitas. Sin cōtra offenſus in aliquo fuerit, nō corrugata frōte,aut rinocerotheo naſo aliena tāq̄ odoret,ſed in eo tā facilis ſit uenia,quàm innoxius,& cādidus eſt aīus. Vale itaq; lector cādide,& lucubratiunculas noſtras benigno,fœliciq; oculo lege.

Franciſci Reueſlati. Ad Lectorem Carmen.

Cultores Bacchi non hic,Aconita legentes
Magnanimi aut Martis horrida bella leges.
Hic agitata Deum eſt,ſed non conuulſa poteſtas;
Perfidus en hoſtis uinctus obeſſe nequit.
Raphael aduerſus potuit contendere ſolus
Martini exoſi dicta nephanda nimis.
Nec ualuit facunda noui nunc lingua Senenſis
Tantum,quin fuerit ſciſa,ſepulta quoque.
Quæ mala mordaces conantur promere linguæ
Eccleſiam contra,ſunt peritura breui.
Quæque inuiſa uiris monſtrauit Lerna pudicis
Cuncta iacent,nulla eſt perpetuanda lues.
Maxima Pontificis non eſt ſubmerſa furenti
Auctoritas fluctu,littora tuta tenet.
Fluctuat aduerſis ſemper compulſa marinis
Fluctibus euadens æquora cymba Petri.

RAPHAELIS COMENSIS DE Venoſta Domo Canonici Regularis Diui Auguſtini Liber Primus, de Prædeſtinatione, Gratia, & Libero Arbitrio, aduerſum Lutheranos.

Proponitur quæſtio. Si prædeſtinatus ſua libertate poſſit damnari & reprobatus ſaluari. Cap. I.

QVONIAM PERDITTISſimi quiq; mortaliũ Martini Lutheri Hęreſiarcæ ſententiam ſecuti præſertim Melanctonus quidam ex nonnullis ſacrarum literarũ locis perperam acceptis ducti. ita animum induxere ſuum, ut iam nil faciant humanæ libertati reliquum, & nomẽ inane, Adæ peccato naturam corrumpente. Regno Sathanæ præualẽte, ac etiam diuina prænotione de ſolo titulo, liberum eo putant eſſe hominis arbitriũ, quòd ipſa rebus etiam contingentibus à Deo neceſſario conditis, contingenter ab eo fieri prohibeant.

Q uũq; tenellæ adhuc fidelium mentes eorum latratibus ita tepeſcere uideantur, ut etiam incœptum bene agendi iter deſerant. Viſum eſt (Deo auſpice) eorum blaſphemiis occurrere, & ita occurrere, ut illi maledicto poſthac abſtineant, aut errorem (quo nihil optatius eſſe poterit) agnoſcant ſuum. ne hi, qui per ætatem, uel imperitiam non magnopere adhuc in fide inſtituti ſunt, in prauas eorũ traditiones adducant, ſed de cætero meliora ſperari adiſcant. Q uod

quũ patrum orthodoxorũ,& teſtimoniis, & rõnibus ꝓbatũ fuerit,ſũma huius diſputationis erit hoĩs adulti,& ſalutẽ,& reprobationẽ in ipſius uolũtate ſitã eẽ.

Erit autẽ huius quęſtionis exordium.Prædeſtinatus ne poſſit damnari,& reprobatus ſaluari,libera inquam prædeſtinati,& reprobati uoluntate?

Quod etſi tam uerũ eſt,q̃ qđ uetiſſimum eſt,tamẽ à pleriſq; impiæ factionis hominibus, ita impugnari ſcio,ut ſũma cũ difficultate,uix defendi poſſe uideat᷑.

Cùm Deus enim facta:quę ſunt infecta,& genita quæ ſunt,nõ genita,nulla ratione unquã facere poſſit,reſtat ut i s qui p̄deſtinatus eſt, ſumma beatitudĩe. neceſſario condonetur,aut ille æternæ pœnę ſubiaceat,quẽ reprobatũ appellant.Atqui oppoſitũ ſentit Romanorũ fides,quæ pro utriſq;,ut oretur nedũ admiſit,ſed & inſtituit, quæ dubio procul incaſſum fierent ,ſi & illi damnari,& hi ſaluari minime poſſent.

Quid ꝙ ipſa legiſlatoris p̄cepta nec hylum quidem poſſent ualerentq; ſi illorum ſalus,horumq; reprobatio,immobilis fixaq; maneret.

Deinde (ꝙ horret animus dicere) Sapiẽtiſſimus mũdi architectus,ꝑ illos incuſandus eſſet,qui p̄cepta & ſcribi diligẽter,& obſeruari exactiſſime mãdaſſet.

Luciani mihi fabulã innouare ſtudent,qui ſortẽ,& in bonũ,& in malũ,pro libito impellẽtẽ,& homines, & deos ipſos puniẽdos cẽſet,& nõ ipſos fatis ĩpulſos?

Quid.n.lege opus erat,ſi ipſius naturę ui,uel hęc, uel illa facturi oĩno erant hoĩes, quibus ſaluandi,aut dãnandi erant? Nam hæc citra legem fieri poterant.

Quid demum de legis ſuę impiis tráſgreſſoribus, per uarios ſcripturæ locos conqueritur Deus, quòd credere nolint, recteq́; uiuere?

Inquit Lutherus, lege opus erat, quo humanũ genus Dei mandata ſibi factu impoſſibilia perpendens, de uiribus propriis deſperaret, contereretur, altumq́; ſupercilium DEO OPT. MAX. deiiceret, dum liquido conſpicit, illuc ab eo eundem eſſe, quo nulla tenus ſuis pertingere uiribus ualet.

At ipiiſſimus hæreticus ꝓpriá ignorás uocẽ Deũ, ipſum ad liberæ cõtritionis, & deſperationis prouocationẽ excitantẽ facit, qua ſpiritum gratiæ promereri queat. Quomodo deſperabimus, niſi uolẽtes libere deſperemus, ut ſpiritum gratiæ promereamur?

Apl'm dehinc citat, ita Romanis dicẽtẽ. Ego mortuus ſum, & inuentũ eſt mihi mandatũ, quòd erat inſtitutũ ad uitam, hoc eſſe ad mortẽ: eo, q̃ Dei mandata exequi non ualeamus. Iſtud & nos naturæ uiribus, ac mandantis ꝓpoſito, ideſt meritorie ſeruari nõ poſſe fatemur. Verũ ob hoc iuuantẽ haud quaquam excludimus ſpiritũ gratiæ, in quo omnia poſſumus, & qui nos confortat. Sapit ibi Apl's, q̃ ſi legis mandato obediatur, mandatum ſeruatori uita ſit, & inuenitur ad mortem quum non obſeruatur, ut nedum fiat peccatum (quod etiã ante Moſis legem erat.) Sed hoc abundantius, & pernitioſius, eo quòd iam à ſciẽte, & præuaricante peccatur. Peccatum (inquit Apoſtolus) occaſione accepta per mãdatum fefellit me, & per illud me occidit. Hoc dictũ eſt. Peccatũ abu

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tenti lege, ob inhibitionem, & ab illa auctum deſiderium dulcius factum eſt, ob hocq; fefellit me. Fallax (inquit Auguſtinus) eſt dulcedo, quam plures atq; maiores pœnarũ amaritudines conſequũtur. Quia uero accedit præuaricationis reatus occidit.

Itaq; lex ſancta, & mandatũ ſanctum, & iuſtum. Iubenda enim iubet, & prohibenda uetat, iuxta rationis dictamina, quoniam lex ſpiritualis eſt, & ſi homo carnalis uenundatus ſit ſub peccato. Quod ergo bonum eſt mihi factum eſt mors? Abſit. In male utente uitiũ eſt, & non in mandato ipſo, quod bonum eſt. Bona eſt lex. Siquis legitime (ope auxilioq; Dei, quod uolẽtibus nobis non defuturum eſt) lege utatur. Male utitur lege, qui non ſe pia humilitate ſubdit Deo, ut ex gratiæ dono lex impleri poſſit.

Ad nihil itaq; accepit homo Moſis legem, qui ea haud legitime utitur, niſi ut peccatum, quod ante legem ſcriptam erat naturæ, lege prohibitum. poſt legis Moſis prohibitionem magis appareret, per eiuſdem legis prçuaricationẽ. Poſt legem ſcriptam peccat homo ne dum naturalis rationis iudicio perturbato, uerum legis ſcripto prætermiſſo, & utraq; lege peccato uetito, ita, ut iam duo infringat præcepta.

Propterea infert Apoſtolus. Sine lege peccatum mortuum eſt, quoniam etſi ante legẽ Moſis rationis iudicio non perturbato, uel utcunq; perturbato, eſſet uiuens & uigens adhuc regno Sathanæ rationẽ obtenebrante atria ſua, non tamen ita lucidius agnoſcebatur, ut poſt legem idem prohibentem, & atria Sa-

thanæ qualicunq; luce perfundentem, qua lege ſcri-pta peccatum reuixiſſe fertur, uidelicet, lege Moſis diſtinctius naturæ legem iuuante.

Legẽ propterea naturæ ante Moſem ſufficere hominũ ſaluti non dicimus, nec gentilibus uſq; ad Chriſtum ſine fide, q; Deus eſſet, & cultorum ſuorum remunerator, ac prouiſor, quę fides ſalutẽ, quę per Chriſtum fieri debebat, implicabat, & modũ redẽptionis humanæ, dicente Hebreis Apl'o. cap. xi. Accedẽtem ad Dominum, oportet credere quia eſt, & inquirentibus ſe ſit remunerator. Nulla creatura rõnis capax ſuis ſolis naturæ uiribus ſaluari potuit, ſed fide, quæ per dilectionẽ operatur ſimul, & potiſſime de diuina prouidentia, ſaluari ſtatuit, & qua peccata uitaret. Hinc Sanctus Lucas Euangeliſta, in Apoſtolorum Actibus cap. iii. inquit. Non eſt aliud nomen ſub cœlo. i. nulla res in terra nominatur, in quo. i. in cuius ui, & poteſtate. Fide, & Gratia, oporteat omnes nos ſaluos eſſe, & fieri. Subinde pagani Christi Ieſu uirtute, fide implicita, & gratia, cum lege naturæ ſaluabãtur.

Ita quoq; lex Dei moralis ſcripta, ac euangelica, meritorie a nobis ſeruari poteſt, ſi adſit nobis iuuans charitas, quã nobis nõ defuturã (ſi obex abſit) adſitq; induſtria noſtra, eſſe ꝓmiſit Deus dicẽs. Ego ero auxiliator tuus, & alibi in Pſal. Auxiliũ meũ à domino, qui fecit cœlũ, & terrã. Ea nãq; efficere dicimus poſſe, quæ amicorum fauore, auxilioq; facere poſſumus. Vt igit' hæreticorũ hac noſtra tẽpeſtate inſolẽtium proterua improbitas retundatur, hanc difficilẽ cõtro

uerſiã uẽtillare animo eſt,& rationes quas ipſi ex oĩ-
bus infœliciſſimi adducũt,ita obterere:ut oẽs (ſi mo
do ſint homines) nullius momenti fuiſſe intelligant.

Cæterum antequam rem tantam aggrediamur.
Quid ſit Prædeſtinatio, quid eius nomine ſignificet
prius ſcrutemur: Subinde, an dominus iſtud ipſum
bonum partim'ne, quia uult,partim hominum meri
tis uelit impartiri, an mero eius ipſius diuino nutu
iſtud ipſum dependeat bonum nec'ne? Hominũ ue-
ro nihil referre, ſiue quippiã boni peregerint,aut ma
lum perpetrauerint dilucide enucleabimus,quibus
cognitis facilior erit trãſitus ad id,de quo eſt quęſtio.
Nutabunda'ne ſit prædeſtinatio, ac rerum præno-
tio.Num fallere,fallíue poſſit,an utrunq;?

Ex diuerſa ſignificatione huius nominis prædeſtinatio,diuerſa datur de eo diffini tio.quid nominis. *Cap.II.*

HIs ita ſe habentibus,quod ob oculos
propoſitum eſt (Deo auſpice) nunc
primum aggrediamur. Plura igit̃ no
men hoc,quod Prædeſtinatio dicitur,
ſignificare ex eo colligere poſſumus,
ꝙ etiam diuus pater Auguſtinus,tam uarie diffinit di
uerſis ſuæ doctrinæ libris, libro de perſeuerantia ita
diffinit.Prædeſtinatio , eſt præſcientia beneficiorum
dei.His uerbis prędeſtinationem ſignificare oſtendit
Auguſtinus,bonorum nobis diuinitus collatorũ di-
uinam præcognitionẽ. Illa ſiue ſint opera meritoria,
quo meritoria ſunt , ſiue ſit charitas uiæ, ſiue æterna

operatiua beatitudo p̄deſtinatis tribuenda, uel iam exhibita. Gratuita, ſiue meritoria opera, quæ dei & hominum ſunt effectus, quæ cum diuino agēte ſpiritu operantur homines uiatores, à quo omne datum optimnm, & omne donū perfectū eſt, & magis ſunt à deo, quàm à nobis, excitante eiuſdem ſpiritu, uti ſole ariditatem mentis noſtrę prothoplaſtorū peccato ſteriliſcentis.

Idem de fide ad Petrū inquit. Prædeſtinatio gratuitæ donationis præparatio eſt, qua diffinitione oſtendit nomen illud, nedum gloriam, uerum etiam bona hominum opera ſignificare. Eiuſdem id eſt, quod de prędeſtinatione ſanctorum libro dicit, eam uidelicet miſerēdi propoſitum eſſe. Quo quidem dicto ſignificat domini uoluntatē efficacē de his, quos ſemel elegit, q̄ ipſum ſummum bonū illis propoſuit elargiri. Ex tam uariis declarationibus dictionē illam, nō modo deū ſignificare, atqui etiā electorū futura prę̄ſciētem bona opera, uolētemq́; tandem gratiam ſuā illis conferre, quos ſua benefacturos ſponte præuiderit. Et licet hoc nomen prædeſtinatio ſignificatiue ſumptum propriam ſui diffinitionē nō admittat, ſuiipſius tamen uarias declarationes admittere nil prohibet. Idipſum nāque his in nominibus euenit, quæ plura diuerſarum rationum ſignificata cōuoluunt.

Neceſſe igiť eſt, ut quoniā uarius huius noīs ſenſus eſt, multiplex quoq; diffinitio detur, ex quibus unam completam elicimus, quæ actiuā, paſſiuā, & formalē p̄deſtinationē cōplectitur. Quod uidelicet

Deus,eorũ æterna præuiſio operũ,quę moraliter, & meritorie,cum diuinis auxiliis tandẽ propria liber tate facturi ſũt homines adulti,& uolitio æterna ſalu tis illorũ ꝓpter merita,non minus miſericorditer ac ceptata ad ſalutem merentium,atq; ſi nõ eſſent facta ab ipſo Deo tanquã cauſę, ſine quibus non ſalua tur,eſt,& dicitur regulariter æterna prædeſtinatio. Hæc diffinitio multas comprehendit ueritates, quæ diuerſis in locis à diuerſis Theologis Scolaſticis,ac Neothericis tangunt. Primo quidẽ aſſerit, Deum æternaliter intelligẽtẽ futura opera libera, & uolẽtẽ bene operãtes ſaluare, æternã eſſe prædeſtinationẽ, Aſſeritq; illã etiã tẽporariã eſſe quoad ſaluãdorũ li bertatem,& finalia bona opa,ac diuina prędeſtinatis pſtita auxilia,uel pſtanda gratis,quæ dona Dei ſunt, efficax uocatio,uerbũ externũ,hortamenta,ꝓmiſſio nes,paterna Dei flagella,charitas,quæ dicit iuſtifica tio formalis,euãgelium ſpiritale,& fides,quæ per di lectionẽ operat. Secũdo,æternã Dei cõuoluit prę ſcientiã cõtingentẽ futuroꝝ pſcitorum cõtingẽtium, & cõtingẽter de Deo prædicabilẽ, & præſcitoꝝ con tingẽtiã,quæ ſunt cauſę æternę iudiciariæ cognitio nis diuinæ,cõtinet etiã liberi arbitrii noſtri liberum uſum. Tertio,cõcludit hoĩem nõ minus miſericordi ter ſaluari cum meritis bonis,quàm ſi abſq; operibus ſaluaret,tum qa opera miſericorditer acceptata ſua pte natura tali ſint indigna pmio æterno, qđ eſt diui nus intuitus,& fruitio,tum quia cauſæ ſine qbus, ſint tm̃ cõditiones agẽtis liberi libere eas exigẽtis.Q uar

to,ſaluat oia diuinarꝫ ſcripturarꝫ elogia,quorꝫ alia in dicãt,Deũ mere gratis ſaluare,alia ꝙ ex opibus, alia ex libero arbitrio,alia ex gratia,alia uero de cõgruo, alia ex condigno,alia ex Dei miſericordia, aliaq; ex eiusiuſtitia,ut uidebit in corpore uoluminis.Opa.n. noſtra nihil ualent ſine miſericordia Dei.Ideo miſeri tordia Dei ea facit eſſe aliquid,hinc Paulus. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ mi ſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. Quinto oſtendit nos antecedenter liberos eſſe ex donis gratis datis, & ad præparationes imediate,& ad opa cõdigna(ex Dei pacto)beatitudinis,nos eſſe liberos imediate,cũ charitatis dono. Item,oſtẽdit nos liberos eſſe ad coope rãdum Deo,licet nõ ſimus liberi ad operandũ effectũ totaliter,eo ꝙ coagat Deus omnibus creaturis. Sexto, oſtẽdit cauſam,ſiue cõcauſam:& rationẽ ſatiſ facientem,cur unus iuſte ſaluatur,& alter iuſte damnatur in prædeſtinato ſcilicet adulto opera libera bona cũ diuino auxilio,& in reprobato opa mala ab eo libere facta.Septimo oſtẽdit Deũ eodẽ pro inſtanti æterno,eandẽ eſſe poteſtatẽ prædeſtinãdi, & reprobandi,quæ à neothericis dicit ſimultas poteſtatis, & libertas diuina,non tamẽ quũ quis prędeſtinatus cogitatur , deus dicit poteſtas reprobandi prædeſtinatum,ideo nõ eſt Deo poteſtas ſimultatis.Octauo, cõcludit prædeſtinatũ poſſe nõ eſſe prædeſtinatum ex connotatione libertatis p̃deſtinati,& poſſe damnari, qui tamen impoſſibiliter damnabitur,& contingẽter ſaluabitur,attenta ſimultate potentiæ,& potentia ſi-

multatis. Nono concludit, deum eſſe iudiciariã notionem cõtingentis propoſitionis ueræ de uerbo futuri temporis, cuius tamen propoſitionis (quãdo eſt uera) nõ poteſt, nõ illius eſſe notio intuitiua euidẽtiſſima, uti iſtius. Antichriſtus dãnabitur. Decimo oſtẽdit, ꝙ Eſſe cognita, & Eſſe pſentata ab æterno, nõ ſunt aliquid actu exiſtens, ad quæ reſpiciens Deus rationabiliter operetur. Sed ſignificat futuras res à Deo ęternaliter cognitas, ꝓducibiles tẽporaliter. Qui uocat ea, quę non ſunt uti ea, quæ ſunt. Vndecimo eſſe cognita, & pręſentata, licet actu nihil ſint, nõ tamẽ ſequitur, ꝙ nihil ſit intellectũ à Deo, uel ꝙ nõ ſint intellecta. Nõ enim ſequit̃, ꝙ ſi intellectũ nihil eſt, nihil ſit intellectum, quia arguitur à non amplo termino ad amplum, cum diſtributione ampli, quia licet futura cognita non ſint actu, erũt tamen in effectu, quæ nũc terminãt cognitionẽ diuinam, ſe perfectiſſime cognoſcentẽ. Item ly cognitũ, et ly obiectũ, ampliant uſq; ad futura poſſibilia, & imaginabilia. Intelligit ergo ea quæ fuerunt, & erunt, licet non ſint actu. Duodecimo, ſignificant plures Ideæ Deũ ipſum, qui obiectaliter dicit̃ plures, quia à nobis diuerſimode cognoſcit̃ ut imitabilis eſt à creatura, uti & hominis anima dicitur plures potẽtiæ ſpiritales, quia plures actus producere poteſt, nõ ex pluralitate accidẽtaliũ uirtutũ, aut realitatũ. Vel ſignificãt idęę oĩa obiecta cognita facta, uel factibilia à Deo. Ideæ aũt pro ſignis noſtris ſunt cognitiones mentales, uel ſigna uocalia, & ſcripta ampliatiua ad plura factibilia, & poſſibilia eſ-

ſe cognita à Deo ab æterno. Tertiodecimo, oſtēdit deum poſſe ea iudiciarie ſcire, quæ neſcit, & neſcire, ea, quæ ſcit, ſine obliuione. nō tamē plura ſcire quàm ſcit ob æqualitatē contradictoriorū, quę tamen una ſimplici uiſione immutabili ſimul nouit. Quartodecimo, oſtendit aliqua uera contingēter nunquam eſſe falſa, & econtrario, & deum poſſe ſcire aliquod contradictoriorum, quod nunquam iudiciarie ſciet. Item, ꝙ deus aliqua ſcit immutabiliter eſſe uera, quæ tamen nō ſunt neceſſario uera, ſed poſſunt eſſe falſa.

Quintodecimo, oſtendit ꝙ prædeſtinati immutabiliter, & contingenter ſaluabunt̄, licet faciant quicquid uelint, quia tandem libere non agent, niſi bonū opus, quod ſi non fuiſſent benefacturi, non fuiſſent prædeſtinati. Sextodecimo oſtendit hæc diffinitio deū uelle uolūtate ſigni, & antecedēte, ſaluare etiā illos, q nō ſaluant̄, qui tn̄ tantūmodo ſaluat uoluntate cōſequente omnes illos qui ſaluant̄ cum bona ſaluādorū uolūtate, & tantūmodo dānat eos, qui damnantur cum peruerſa damnandorum uolūtate, ideo cui uult miſeretur, & quē uult indurat. Miſeret̄ enī eius, qui ita operatur, ut miſericordiā dei promereat̄, illū uero indurat, coagendo illi, qui indurationē ſponte elegit. Pro omnibus ſexdecim ueritatibus ꝑdictis non eſt ſegniter pretereundū, ꝙ ſi aliquod ſignificatorum per hoc nomen diffinitum, quod dicitur prædeſtinatio, poſitorum in diffinitione eius quid nominis deficeret, nomē prædeſtinatio, non ſignificaret deum nec pro deo in propoſitione ſupponeret; quoniā ex

to,ut ſecūdū electionē propoſitū Dei maneret, nō ex operibus,ſed ex uocante Deo dictum eſt Rebecę in utero gemellos geſtāti.Iacob dilexi, Eſau autē odio habui. Quid ergo dicemus? nunquid impietas eſt apud Deum præeligentem,unum alteri ex ſolo propoſito æterno? Abſit.Moſi enim dixit.Miſerebor cui miſertus ſum,& miſericordiā p̄ſtabo, cui miſerebor. Igitur non uolentis,ſcilicet eſt poteſtas, ut ſaluetur, neq; pariter eſt currentis facultas,ut coronā uitæ recipiat, ſed miſerentis eſt Dei. En uides hic apertius Apoſtolū electionis rationē nedum meritis nō aſcribere humanis,quæ habuerūt, antequā eſſent corporum formæ animi humani:uerum nec omnino,quibuſuis præſentibus,aut futuris meritis? De hoc Apoſtoli uerbo,Lutherus. Et alii multi nobis inſultant ſalutem noſtrā ſolo propoſito diuino, & nullatenus induſtriæ humanæ aſcribentes.At rectus Apoſtoli ſenſus infra dicetur.

Subinde ſi quandoq; electorū animi, ſua ante,corpora eligi meriti eſſent, non organorū formæ hi eſſent,ſed motores poſt multa temporum curricula effeciſſet Deus,nullaq; pro agitatis corporibus,qualitatum temperies diuerſo ſenſui apta eſſet cōmoda.

Quidam alii quāmaximum iſtud beneficiū operum fructibus. Quæ tandem facturi erant electi. Et ſperabantur ab eis eo tribuūt modo, quo Magnificus Imperator eum quem forma ſpecioſiſſimum uiderit ex ſperatis aggreſſionibus etiam ante decertationem militaribus armis decorat,etiam ſi caſu con

tingat aliquo, præpeditum militem non decertare.

Ita quoq; paruulis ex ſacro baptiſmate de proximo ſuſceptis, ideo cõtingit emori, quoniã ſi adultam ætatẽ attigiſſent, ſanctiſſime eam tranſigiſſent. Operibus itaq; minime futuris: quę feciſſent (uita comite) paruuli Dei ſuſcipiunt electionẽ. Hos Diuus Auguſtinus in de ſanctorum prædeſtinatione libro. Ita arguendo inquit. Vnde talibus uiris in mentem uenit, ut futura, quæ non ſunt futura puniantur, aut honorentur præmia. Paruulorum hominum futura, quæ non ſunt futura, proculdubio nulla ſunt merita, nec fuerunt, neq; erunt, quæ habuiſſent pueri ante uſum rõnis defuncti, & iiſdẽ infert. Si iudicarent hoĩes pro meritis ſuæ uitæ, quę nõ habuerũt morte pueniti, ſed habituri erãt, ſi uixiſſent, nihil prodeſſet ei, qui raptus eſt, ne malitia mutaret animum eius. Et iterũ. Nihil prodeſſet eis, qui lapſi moriuntur. Si ante morerẽtur quàm laberent, quoniam lapſuri erant.

Infantulũ Dei gratia baptiſmatis ſuſcepta euenit rebus humanis, mox ſalutem dicere, qui, ſi ſuperſtes diu humanis mundaniſq; illecebris inquinaretur, diuine legis contemptor factus, in tartareos cruciatus truderetur. Et is, quum, ſaluetur, omnium teſtimonio ſanctorum, iam ſaluatus damnaretur, quod nullus ſanæ mentis fateretur.

Paruulos inſuper baptizatos, poſt baptiſma illico decedentes, qui minori quàm adulti fœlicitate beãtur, ſolo Ieſu Chriſti in effuſione ſanguinis uolũtaria merito aquæ baptiſmali applicato, contigiſſet diu ſuper

ſtites, Apoſtolorum principis condigna æquare merita, aut impiiſſimi apoſtatæ Iuliani peccando facinora excedere. Quid igitur Apoſtolorum principis coronis non æquabuntur? Et illi ſeredo, æternos Iuliani non ſuperent cruciatus? Quid beatiſſimam chriſtiparam, ea tanta perfudit gratia miſericordiarũ pater, ut libertati (quam ex placito Scolaſtici Theologi contradictionis uocant) non relicta, ante etiam ortum ex utero, & ab ortu ad emigrationem uſq; peccare nequierit. Etſi natura uertibili peccare potuit non tamen erat peccatura, Deo non coagente. Ex Alberto magno in theologico compendio beata uirgo perfectiſſime nõ erat confirmata. Ad perfectiſſimã cõfirmationẽ tria ptinent. Primũ inſeparabilis cõiunctio rõnis cum Deo. Secundũ inflexibilis ſubiectio inferiorum potentiarum animę ſub rationis Imperio. Tertium continua actualis conuerſio totius hominis in Deum. Quũ uidelicet, homo diuina dulcedine affectus toto corde, tota anima, uiribuſq; omnibus interpolate in Deũ tẽdit. Ac in quodcũq; aliud inquantum in eo Dei bonitas reſplendet. Quiſquis prima ſanctificatione tantũ participat, mortifere peccare non poteſt, uti Ioannes Baptiſta, & Hieremias. Qui uero ſecunda, nedum mortali at nec ueniali culpa deliquere ualet. Talis ſanctificatio fuit in beata uirgine. Qui autem tertia inſignitur ſanctificationę, & confirmatione non uiator, ſed cõprehenſor exiſtit, quoniã huiuſmodi cõfirmatio ex Dei fruitiõe efficitur in patria. Beata aũt Dei Genitrix dũ eſſet uiatrix

non interpolate Deo fruebatᷣ: licet ſæpiſſime puteᷣ etiã in præſenti uita de faſciali uiſione diuina fruitionem habuiſſe, quoniã. Cæteris per partes gratia Dei fuit præſtita: Mariæ uero tota ſe infudit plenitudo gratię. Si igitur Paulus & Moſes rapti ſunt ad tertiũ cœlum, ut audirent archana uerba, quæ non licet homini loqui multo magis hũc raptum habuit beatiſſima uirgo omnium pleniſſima gratiarum. Maria igitur, quę ante filii conceptionem poterat nõ peccare: poſt filii conceptionẽ non potuit peccare. Qui uero tenẽt eam ſine originali conceptam dicunt ꝙ nunꝗ potuit peccare & huic opinioni aſſentio. Quare beatum Ioannem baptiſtam ſponſi amicum, & Hieremiam prophetam antequam utero exirent in uulua prius ſanctos fecit, ꝗ ex utero naſcerentᷣ. De Hieremia ita ſcriptum eſt, priuſquam te formarẽ in utero noui te, ſcilicet notitia approbatiua, & antequam exires de uulua ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Nouerat Hieremiã æterna uita dignũ, gratia non meritis. Vnde præceſſerunt beati Pauli merita, quibus è cœlo, pie ac miſericorditer uocaretur, quem impium, minarum, & cœdis ſpirantem in oues dominicas, & eas cædentem, multiſꝗ malis irretitum, ut eum è cœlo percuteret, & ſanaret, excæcaret corpore, & mente illuminaret. Quæ ratio, ut hos prædeſtinet gratia præuentos, illos reprobet ea deſertos, niſi cunctipotentis beneplacitum? Audi Lutherum extinguentem opera, & nomen inane proclamãtem eſſe liberum arbitrium, Dei beneplacitũ,

ſolũmodo

ſolummodo miſericorditer eligens nos, citra omnē libertatis induſtriam, & conatum, uociferantem, citantemq; beati Auguſtini in de Spiritu & Litera elogiū cap. iiii. liberum arbitrium nihil ualet, niſi ad peccandum, quę igitur eſt libertas iſta, quæ in alteram partē tantum poteſt?

Ioannes Euange. ca. xv. inquit. Sine me nihil poteſtis facere. Quomodo poterit ſine Chriſto liberū arbitrium ſe præparare ad gratiam, aut ad operandū pro uita glorioſa, aut beatitudinis obiectiue amore? Si dicis, ſine Chriſto opera meritoria exequi non ualemus, poſſumus tamen moraliter bona, ac ex genere. Audi (inquit Lutherus) Chriſtum proclamantē. Nihil. Si nihil ualemus, neq; bene poterimus ex genere, aut moraliter, bonū exequi opus. Nec aduertit ibi rudis homūtio dominum nobis declarare creaturam nullius effectus eſſe totalē totaliter cauſam, ſed tantum partialem, ut infra dicemus.

Chriſtus iterum clamat. Qui nō manet in me, excidetur, ſicut palmes areſcet, mitteturq; foras, tanquā peior, uidelicet, euaſurus, ueluti & ſurculus ſemel exciſus nunquam amplius fructum emittit.

Dicitur etiam Geneſ. ii. cap. Cuncta cogitatio cordis humani prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua, ex corrupta natura uulnerante intellectum. Ignorātia, uoluntatem, malitia, iraſcibilem infirmitate reſiſtēdi, & concupiſcibilem uoluptatibus, ac ex regno forti Sathanæ, dicēdo ergo, cuncta nihil boni reliquit. Atqui ex his non tollitur Dei uocatio, ſynderesis lex

naturæ, & diuina gratia, ac alia excitamenta.

Dixit etiam Deus Geneſ. cap. vi. Non permanebit ſpũs meus in hoie in æternũ, quia caro eſt. Si caro eſt, nihil boni operari poteſt, eo q. ſint manifeſta opera carnis, quæ ſunt Fornicatio, Immunditia, Impudẽtia. Luxuria, Idolorum ſeruitus, Veneficia, Inimicitię, Contẽtiones, Aemulationes, Iræ, Rixæ, Diſſenſiones, Sectæ, Inuidię, Ebrietas, & his ſimilia. Galatas v. Et ſi ſpiritus non manet in homine in æternum, ergo peccato ſemper mortui ſunt, ſolũq; mortis opus agere ualent. Opus uero mortis, ideſt mortale peccatum non diſponit ad gratiam. Quãuis alibi reſolutius reſpondebo, ſatis ſit nunc ſcire, Lutherũ laborare in equiuoco, de ſpiritu, carne & morte.

Nam ſpiritus ſignificat Deum, angelum, hominis animam, & quandoq; iumentorum, fumos ſubtiles ſanguinis in artheriis, qui diſtinguuntur in animales, naturales, & uitales, uiſionem imaginariã, actus rationis ſuperioris, uentum, ſuperbiam, inſpirationem, & indignationem, uti accipitur in ſententia per Lutherum allegata. Et per ſpiritum ratio ſupernaturalis, & quicquid excedit uires hominis intelligitur. Hæc in ſacris paginis reperimus, quæ breuitatis gratia relinquo allegare in locis propriis.

Similiter caro plura equiuoce ſignificat, alteram quidem partem hominis ab anima diſtinctam, actus uitioſos, carnales homines, rationem tantum naturalem, ſenſualitatem, & fragilitatem (ut in allegatione Lutheri intelligitur) etiam uires naturales ani-

mæ. Ita mors, eſt naturæ, etiam mors gratiæ; & gloriæ, oppoſita, ſcilicet peccato & gehennæ, & peccatum mortale, & mortis cauſa, uti fomes & demon periti in ſcripturis, hæc omnia norunt, Sed de his tertio libro dicemus, quæ ꝓpoſito noſtro cōmoda erūt.

Eſaias cap. xl. dicit. Se recipiſſe de manu domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. ergo nō prædeſtinatur homo meritis ſuis.

Eodem cap. inquit, Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius ſicut flos fœni. Exſiccatum eſt fœnum, & flos eius decidit. Fœnum eſt caro, & fomes. Flos eſt opus carnis, ideſt cogitatio carnalis á carne ſuggeſta, quæ ideo exſiccat, dum nullius eſt uiroris, & meriti congrui. Vbi eſt ergo liberum arbitrium? quin potius ipſum cadit, & extinguitur.

Subſequitur Eſaias. Flauit ſpiritus Domini & exſiccauit illud, nec totum (qui ſequitᷣ textū) adiecit.

Hieremias. x. cap. idem aſtruit. dum inquit. Scio quod nō eſt hoīs uia, ut dirigat greſſus ſuos, per uiā ri uim accipit Lutherus naturalē id faciēdi, qđ ex ſe eſt, ut ſe præparet ad gratiam gratificam. Subinde inquit. Quomodo in uiri erit poteſtate ſe diſponendi ad gratiam ſpiritus, in cuius ui, nec eſt uias malas facere ſuas? Nam & mala in malis opera operatur hominibus Dominus.

Salomō Prouer. xv. cap. Vniuerſa dicit dn̄m operaſſe ꝓpter ſeipſum, & ipiū ad diē malū. nihil igitᷣ efficit liberū arbitriū. Apl̄s ad Ro. de philoſophis ígratis lumini naturę ſuſcepto, dn̄m dicit coſtradidiſſe in

reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ nō conueniũt.

Exodi.ix.cap. de Pharaone habetur. In hoc excitaui te, ut oſtendam in te uirtutem meam.

Et Prouerb. xvi. Cor hominis diſponit uiam ſuã, ſed domini eſt dirigere greſſus eius.

Et ibidem. Hominis eſt animũ præparare, & domini gubernare linguam.

Et.xxi.cap. Sicut diuiſiones aquarum, ita & cor regis in manu domini, quocũq; uoluerit inclinabit illud. Si igitur uita noſtra, quæ operum radix eſt, in facultate noſtra no n eſt, quomodo in facultate noſtra ipſa erunt opera uitæ?

Fratres Ioſeph cogitarunt occidere eũ, ſed Deus eorum cogitatus mutauit.

Geñ.xvii.cap. Eſaias neſcio quibuſdam inſultat, ſuis de uiribus gloriantibus ſic. Bene, aut male ſi poteſtis facite. Iccirco alto ſupercilio inquit Lutherus. Falluntur Papiſtæ ad rerum inconſtantiam ſpectantes. Si ad cœleſtia, lumina mentis attollerent, naturã utiq; Dei ſtabilem proſpicerent, & præſcientiam, & prouidentiam, in rebuſq; ipſis cuncta neceſſario euenire. Voluntates inſuper noſtras non liberas ſic operari inquit, ut non contingat nolle operari. Si liberũ arbitrium id eſſe ferunt papiſtæ, ꝙ uoluntas neceſſario uolens, hoc illis donamus, nō poteſt uolũtas q̃ cõquã uelle, quàm qđ prænouit Deus, ut uellet, apud quẽ nō eſt tranſmutatio, aut uiciſſitudinis obũbratio.

Hæc p̃ſcripta, ſunt Luthero, & Melancthoni errorum fomenta fortilitia, & Achilles, quibus libertatẽ

 21
auferunt animorum. Apoſtoli Pauli præſertim ele-ctione, uniuerſaliter hæreſim firmat, qui de ſe dicit. Non ſum dignus uocari Apoſtolus, quoniam perſe cutus ſum eccleſiam Dei gratia autē Dei ſum, id q̄d ſum, & gratia eius in me uacua non fuit, ſed ſemper in me manet. Si ex gratia inquit, non ergo ex meritis, aut bono liberi arbitrii uſu. Qui inſuper aliter ſenti rent, temperariū aſſignarent eſſe immutabilis, & æter ni Dei cauſam, ueluti faciunt hii, qui fidem eorū, qui credituri ſunt, & opa, quæ in fide mediatoris exequē tur ſalutis, & prædeſtinationis cauſam eſſe prætēdūt. itidem de malorum reprobatione ſentiendum foret. Certamini coronas Lutherus in ſpe certa eorum pręparat, quibus contingit certaturos non eſſe, & repro bos antequam libere peccent, pro certa deſperatione punit. At diuinæ non eſt iuſtitiæ, quēpiam prius dā-nare, q̄ peccet, aut antea coronis donare, quā m uicat. dicente Apoſtolo. Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſti-tiæ, quam reddet mihi Dn̄s in illa die iuſtus iudex.

Apoſtolum cernis brauio præponentem trium-phum, & triumpho præponentem certamen. Deme rita pariter diſtricto præponit iudicio, quum inquit. omnes nos manifeſtari, ideſt apparere oportet ante tribunal chriſti, ideſt iudiciariam eius poteſtatem, ut referat, ideſt reportet unuſquiſq; prout geſſit in cor-pore ſuo, ideſt pro actibus ſuæ corporalis uitæ exhi bitis, ſiue bonum, ſiue malum, hoc eſt debitam mer-cedem. Corinthiis etiam ita loquitur. Vnuſquiſq; ac

cipiet mercedem pro labore ſuo,& infra dies Domini declarabit,qui in igne reuelabitur,& uniuſcuiuſq; opus quale ſit,ignis probabit.

Non igitur illis coronas daturus eſt Deus, qui puguaturi eſſent ſi ſuperuiuerent, neq; ſuo tantum beneplacito,at illis qui certaminis coronas adoriuntur,& in fide formata operantur.

Alii licet bona opera non ſtatuant eſſe prædeſtinationis cauſam,faciunt tamen cauſam eius eſſe malorum culpæ abſentiam. Alii originalis culpæ carẽtiam. Alii malorum operum pręuiſa demerita,quos condigni pœnitentię fructus non cõciliabunt Deo, reprobationis rationem afferũt. Alii q; originalem tabem propria fides,uel parentum per diuerſa ſacramenta temporum curriculis ſtatuta non abſtulit. Cæterum hi rei cauſam non adhibent, ſed illationis dialecticæ. Si enim quis actuale peccatum non habuerit,aut ſi habuerit,& ſequenti contritione dilutum fuerit,à tabe genitiua contigerit ſacramentorũ antidotis eſſe purgatum ſaluabitur. At ſi contigerit mandatorum Dei fore contemptorem, nec digna pœnitudinis medella ante deceſſum reſtitutum uitæ putritati,uel gignitiuo uitio obnoxium,cõſequitur eũ diuino decreto cõdemnandum eſſe.

Opinio quòd Prædeſtinatorum merita, & Reprobatorum pariter demerita ſint in re præſentia, & fuerunt æternaliter Deo, & non tantummodo, quoad diuinam præſcientiam.

Cap. IIII.

ALII PVTANTES CONtemplationis oculum ſe altius attollere, ſaluandorum, damnandorum ue opera per temporum curricula committenda, & ommiſſiones, quę diuinis tenentur mandatis committere uel omittere, iam in æternitatis immutabili duratione præſto diuinæ eſſe conſiſtentiæ autumant, & arbitrii uſum liberum, qui futuris pro ſæculis erit. Iccirco in præſentia coram Deo, creaturam adhuc futuram iam habuiſſe, quòd temporis fluxus, & temporaria, reipſa Deo opt. Max. nõ ſecus ſint iã cõſiſtentia, atq; loca cuncta diuinæ immenſitati. Cœlum (inquit Hieremias) & terram ego impleo. Dauid quoq; ita loquitur. Quo ibo à ſpiritu tuo, aut quo à facie tua fugiam? Si aſcẽdero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Durationi itaq; (iſtorũ ſenſu) ſucceſſio, & tempus minime requirunt, uti neq; ad replendũ dimẽſio. Putãt ea quoq; duratio, à ſucceſſionis, & tpis natura magis recedit, eo magis durare, q̃ ſucceſſio, & tẽpus, dura

tionem impediant,& ſi in infinitum duratio á tempo ris & ſucceſſionis natura,& conditione (quæ duratio ni obſtant) recedit, infinita erit, omnemq; aliam durationem diſtinctam à ſe, cõtinebit, & cuilibet alii du rationi aderit ſemper.

Duratio itaq; Dei (quæ ęternitas dicitur) ita ad noſtram ſe habet temperariam, uti ſua plenitudo ad noſtram corpoream plenitudinem. Quod igitur ab omni ſucceſſione, tempore, & æuo ſe motũ eſt, id om nis æui, ſucceſſionis, & tẽporis, fons, origo, & ſemper uniformiter durans æternitas eſt, cui omnia, ita præterita, & futura coaſſiſtunt, & pręſto ſunt ueluti omni dimenſioni præſens eſt ſua plenitudo. Ob hoc, ꝙ nul la duratione ſucceſſiua, aut tempore, aut ęuo contine ri poteſt, neq; à quo quam ualet excludi, cuius infinitam ſempiternitatem, res caducæ & ſenſibiles, pro tẽ poralis durationis particula imitantur. Eã itaq; Dei æternitatem, omni temporis decurſui pręſentẽ, æque faciunt, atq; baculum in fluminis alueo ſitum, qui toti aquarum decurſui præſens ſit, & indiſtans, & oculum in ſphærę medium, ceu centrum, poſitum, ſphærę centro circumpoſitas partes luſtrantem, certiſque modis ſphærę partibus præſentem. Sed ita aſſerẽtes huius nominis ſignificatum, quod Duratio dicitur, non norunt.

Duratio rem ſignificat, quæ nõ momentaneæ (uti fingunt aliqui inſtantia, & mutata eſſe) eſt, coexiſten tem ſucceſſioni, quæ actu, uel potentia eſt, & ſucceſſio ni, aut tempori non pugnat.

Hinc, æternitas, ſignum eſt accidẽtale, & extranee de Deo prædicabile, ob ſucceſſionis tẽporalis externæ conſignificationem, ſiue illa ſit primi cœli, aut ſolaris motus cœli, aut cuiuſuis alterius rei materialis alteritas, uti cogitationum & uoluntatum in ſpiritibus ſucceſſio, & diſcurſus eſt. Vnde ſi æternus eſſet mundus, quoad eſſe, & moueri, ita Deus, & angeli, uti & res fluidæ, tempore menſurarentur. Licet Dei intuitu, diceretur tempus ęternitas, & intuitu intelligẽtiarum, & incorruptibilium mobilium uocaretur æuũ, & reſpectu mobilium, nedum quoad opera, uerum etiam quoad eſſe, tempus diceretur.

Si dicis, æternitas eſt tota ſimul, & interminabilis uitæ perfecta poſſeſſio dicitur enim tota ſimul, quoniam deus, qui æternitas eſt, inuariabilis, ſiue imutabilis eſt, & interminabilis in ly, perfecta, intelligitur ſimplicitas in ly poſſeſſio uitę: oſtendatur fœlicitas, ſine miſeria: ac ſi dicat. Aeternus Deus eſt uitalis eſſentia, interminabilis, imutabilis fœliciſſimus & perfectiſſimus, hæc omnia ſimul nulli cõpetunt creaturę, non autem mobile, ut motum & diuerſis conceptibus conſideratum quod tempus dicit, habet iſta, ergo æternitas tempus non eſt. Reſpõdetur. Deũ qui æternitas ex tẽpore infinito, & interminabili dicent, in ſe ſucceſſionem nõ admittere, aut mutationẽ, ideo eius intuitu, non dicitur deus fuit, aut erit. at ſolũ reſpectu temporis deo coexiſtentis per denominationem extrinſecam.

Duratio itaq;, temporis ſucceſſioni nõ repugnat.

Aſſignatæ etiam ſimilitudines ſuis aduerſantur aſſertionibus, baculus in fluminis medio poſitus, toti aquæ in alueo tranſeunti non aſiſtit, ſed tantummodo partibus uiciſſim contactis. Ita Deus (eorum rationibus) non exiſtit temporibus præteritis, aut futuris, at tantummodo præſentibus, quod tempus inſtãs eſt, & cœlum uniformiter motum, ꝙ ociſſime ſuis ex partibus, ex diametro, momẽtanee aſpicit ſic terræ partes, quas nec ante, nec poſt illo eodẽ giro taliter inſpexit, nec aſpiciet unquam.

Duratio igitur æterna, ſi non ſecus temporariis adſit, atq; baculus aquis currentibus infixus, quẽ fluminis totus aquaꝝ curſus trãſit, ſic erit pñs, & idiſtãs tpis momẽto, uti & lignũ pñs eſt, & idiſtãs tm̃ aquarũ parti, quã tãgit, & ipſum temporis nũc æternitati coexiſtet nõ cõmẽſus, nec æternitas tẽpori cõmẽſa.

Si præterea temporis fluxus, cunctaq; temporaria coexiſtant pro quolibet æternitatis momento imaginato ſimul, & non uiciſſim, habeantq; entia futura eſſe nobilius in prima omnium cauſa, quàm in ſeipſis (ut iam fatentur) fateantur neceſſe eſt, ea abſolutius, & prius eſſe in Deo Opt. Max. quàm in ſeipſis, & oẽm extra cauſam. Optime itaq; per eos ante ſæcula ſua uſi ſunt libertate p̄deſtinati, q in futuris ſæculis iuſte utent̃, quo iuſte ab ęterno p̄deſtinent̃.

Ab ęterno etiam futuri homines bene uixerunt, ut ſine fine prædeſtinarentur, qui cum nondum nati eſſent, aut boni quicpiam egiſſent (uti filii Iſaach) ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, nõ

ex filiorum operibus,at ex uocante Deo. Rebecę dictum eſt,ꝙ maior filius minori ſeruiret.

Deus itaq; ſemper dicitur eſſe,quia tempori præſenti præſens eſt,dum tēpus præſens eſt, & fuit quū præterita fuere,eritq; quum futura erunt tempora, naturaq; ſua cuncta præcedit,ac ſubſequit̉ tēpora.

Verū quis dicet. Si ſemper eſt Deus,omni tēpore eſt,igitur eſt etiam in tempore heſterno qd̉ elapſum eſt,& in craſtino,quod futurū eſt, iam eſt. Subinde. Si hoc uerbum eſt,æternitatem ſignat,& hoc aduerbium,ſemper,tempus omne comprehendit, aut ly, ſemper æternitatem,& hoc uerbum,eſt, tempus pręſens. hæc ꝓpoſitio,Deus ſemper eſt,erit falſa. In primo ſenſu ſignat æternū tēpore metiri, & in ſecundo ſenſu ſignat tēpus ęternitate metiri. Si autē uerbum eſt,& ly,ſemper,æternitatē ſignent,nō erit eū ęternitate cōcomitantia tēporalis. Ad hæc bifariā reſpondeo,uno quidem modo,ꝙ ambo ſigna. ſ. ly,eſt, & ly, ſemper,pro ęternitate ſupponunt,& conſignificāt tēporis concomitantiā,iuxta omnem temporis differētiam quaſi ęternum omni tēpori adeſt,dum eſt.

Alio uero modo reſpōdeo,qd̉ ly,eſt,ſignat tēpus pn̄s cōfuſe,& nō determinate,& cū dicit̉ ſemꝑ Deus eſt,ſignificat̉ Deum eſſe in hoc,uel hoc,uel illo pn̄ti tēpore,nec inferri pōt, ergo eſt in heſterno pn̄ti,aut futuro craſtino,quoꝝ alteꝝ abiit, & reliquū expectatur. Pōt dici etiā ęternitatē rē immobilē eſſe, & īmutabiliter durātē,quę e xeo ꝙ fuit,nūquā abfuit,in eo quod eſt,abeſt nunquā, & in quo erit,nunquā aberit,

Vnde quum hoc uerbum ſubſtantiuum ſum, erã, fui, erit, de creatis dicuntur, tẽporales indicant motus, & quum de Deo, illum ſubſtantiue ſignificat, & temporales motus, uel imaginarios deſignat, cõſignificando, iuxta illud. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum.

Reſpectu igitur Dei, dicũtur abſq; temporis motibus, qui in præteritum quicquam abiiciant, aut in futurum expectent. Tales enim ſunt menſuræ, quales menſurati permittit natura. Sed iam unde diſceſſeramus redeamus.

Cuius poſtmodũ ſit uigoris illa ad locũ, immẽſitatis, æternitatiſq; ad tempus cõparatio, quiuis ſanę mentis, eam potius erroris ſui radices extirpare perſpiciat. Si Dei immenſitatem altius, quàm illi, ſuſpiciemus, eam non eſſe rationem Deo, ut exiſtat loco tantum poſſibili, uti in re, non exiſtenti, quin magis eſſe rationem, ut repleat corpus quod eſt in natura; eo fit ut locus ſi etiam, immenſum ſucceſſiue protenderetur, rarefactione, aut appoſitione, non ꝓpterea corporis locabilis futurę parti coexiſteret, ſed tantummodo productis pręſens fieret partibus.

Eſt enim immenſus Deus, cuncta quę ſunt, replens, non tamẽ dimẽſionibus occupans, uti lux ſolis totam replens aeris diffuſionem, nec eam excludens, quanquã longe aliter, lucis quidẽ pars in aere toto nõ eſt tota, hoc eſt nõ eſt quęlibet pars lucis in qualibet aeris pte, accipiẽda, ly q̃libet, & q̃libet diuiſiue, at tota toti coexiſtit aeri, & ps pti queadmodũ

formæ ſubſtantiarum ſenſibilium ſuis exiſtunt materiebus. At Deus ita totus toti coexiſtit mundo, & totius cuilibet orbis parti, ut & ſpiritus humanus toti organico corpori, & cuilibet eius parti adeſt totus.

Quo fit quominus ſic contineatur locis circūſcriptus, ut ſit incluſus, nec ſic excluſus à locis, quin cuncta repleat loca non occluſus, continet enim omnia Deus, ueluti omnium maximus, & minimus.

Tenuit Agditonenſis ſuper benedictum Deum infinito adeſſe ſpatio extra mundum, ſiue extra empirei conuexam amplitudinem. Supponit enim locū infra empirei concaui capacitatem contentum, poſſe euacuari ſuo cōtento corpore, quo plenus erat, Deo non deſerente præſentia ſua ſpatium uacuū, uti ſi omne corpus interceptum intra orbis lunę concauū annihilaret, abſq; cœli fractura, cui nihil impoſſibile eſt, cur non poterit, & uacuum eſſe extra cœlum empyreum ſpatioſum infinitum, cui poterit adeſſe Dei infinita eſſentia.

Ita mihi ſentiſſe uidet Hermes Trimegiſtus, quū Deum eſſe ſpheram dixerit, cuius centrum ubiq; eſt, & circūferentia nuſquā, hoc eſt ultimo non terminari cœlo. Itidem Salomon aſtruere uidetur quum. iii. Reg. cap. viii. inquit. Si cœlum, & cœli cœlorum te cape nō poſſunt, quāto minus domus hęc, quā ædificaui tibi. Eccleſia quoq; de chriſtifera canit uirgine. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis in tua ſe clauſit uiſcera factus homo. Iob. xi. excelſior cœlo eſt, & quid facies, profundior Inferno, & unde

cognoſces, longior terra mẽſura eius, & latior mari.

Ipſe enim Dominus intra omnia manet. ipſe extra omnia, ipſe ſuper omnia, ipſe infra omnia, eſt potentia ſuperior omnibus, & inferior ſuſtentatione, exterior magnitudine, ſubtilitate interior, ſurſum regit, deorſum continet, extra circundat, interius penetrat, nec alia, ex parte ſuperior, & alia inferior, aut alia exterior, & alia manet interior. Sed unus atq; totus ubiq;, ſuſtinendo, præſidens, & præſidendo, ſuſtinens, & unde exterius ambiens inde interius replens citra irrequietem ſuperius regit, citra laborẽ inferius, ſuſtinet, interius exilitate penetrat, exterius ſine extenſione circundat, inferior, atq; ſuperior ſine loco, amplus, præter latitudinem, & ſubtilis omnem citra extenuationem.

Dei itaq; æterna duratio, ubiq;, & ſemper exiſtens, non ſibiipſi extat ratio, qua tempori, & motui non exiſtenti aſſiſtat, neq; id, quod pro ſua tuẽda opinione, exemplum adducunt de oculo in ſphæra ſito, eorum firmat intentum, etiam ſi unico luſtret omnes ſphærę partes intuitu, quandoquidem ob id non uidentur aſtruere æternitatem indiuiſibilem coaſiſtere durationis diuiſibilis cunctis partibus, totam ſimul per eſſentiæ indiſtantiam, ſed tantum agnitionis præſentia. Eo igitur exemplo haud probatum eſt, æternam durationem coaſiſtere motibus, qui fuerunt & erunt, at impartibilem magis eſſe Dei uiſionem eorum, quæ pro temporis inconſtantia fuerunt, ſunt & futura ſunt, nam pro quolibet æter

nitatis, nunc, præterita, & futura, ita ſunt æque conſpecta a Deo, ueluti & præſentia, Ob hoc inquit Apoſtolum. Omnia nuda, & aperta ſunt oculis Dei. Vocatq; ea domi nus, quæ non ſunt, ſicut ea quæ ſunt.

Eorum opinio quod beneficio noſtro prædeſtinationis cauſa, ideſt effectus eius, non ſit à Deo reuelata, nec & in poſterum reuelabitur. Aſſignantur tamen congruentiæ. quas Auctor confutat.

Cap. V.

PROPTEREA FERVNT alíi. Hoc Dei archanum eſt, & mundanis, prædeſtinationis cauſa eſt incognita, nec patefecit aliquando dominus perituris hominibus. Ne uero penitus nos deſolatos relinquant ſuaſiones afferunt generales, & eam in primis, ꝙ ideo nobis Deus uoluit abſtruſam eſſe quo ſuperborum proterua mens retundatur, humilitateque ſaluetur. Opportunum haud fuit, de hoc

manum genus diſtinctius inſtrui, quod humilitate tam ſalubriter ſaluandum eſt, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Hinc dominus Ieſus. Io.xv.cap. dicit. Adhuc multa habeo dicere nobis, ſed non poteſtis ea portare modo, q̄a multa utiq; nos utiliter neſcire in præſenti uoluit, quæ tamē ſalubriter nobis ſcienda in futurum reliquit. Erigitur nāq; torpida mens in diuinæ poteſtatis, & maieſtatis altitudinē, in immenſumq; ſuſpenſo corde admiratur, hinc bonitatem, illinc iuſtitiæ rigorem uenerando contemplatur. Siniſtrum quicpiam de eo nedum iudicat, ſed nec ſuſpicatur. Sentit de Deo in bonitate, & ſimplicitate cordis quærit illum, dum inextricabilem eius prædeſtinationem explicare non ualet, & quid mirum? ſi ad Dei archana cæcutiant mortales homuncioli, qui licet eodem genere diſcendi utantur, id tamen in eis uidetur diſcrimen contemplandi ut ſtupidi uiri, quādoq; de ueritatibus ſpiritui humano cōgenitis, ex ipſius naturæ principiis inditis extaſin patiantͬ, & non illa poſſe fieri ſibi perſuadent, quæ philoſophus etiam mathematicis rationibus monſtrat, ueluti, q̄ ſol amplioris ſint magnitudinis quám tota terra.

Quid igitur ſtupeat rudis homuntio. Si angelus omnium ſpirituum ſeparatorum inferior ea perciperet, quæ inualidæ philoſophorum quám peritiſſimorum menti perceptibilia eſſe non poſſunt.

Quid miretur ſibi ſapiens infimo. Si immedia-

tus

tus eo ſuperior ei fortaſſe ſpetie diſſimilis angelus ea conciperet, ad quæ intelligenda inferior angelus ca pax non exiſteret.

Quanto utilius non miret' humanæ mentis acies inualida illius, Si pro ſalute proponat omnium bonorum pater & auctor ea eſſe credēda, quæ à primo Seraphin natura percipi non poſſunt, uti eſt Trinitatis ſacramentum, & prædeſtinationis archanū à quo naturæ bonitate diſtat infinita.

Hominis munus eſt eorū, quæ ſenſibus percipit, phantaſiis mediis, in huius mundi machina, ſubſtantias intelligere, quæ ab hoc mundi cōſtituto ordine effinguntur, ꝙ ſi alium natura ab hoc efficeret mundum opt. & maximus Deus, in quo Ariſtotelem perinde alium produceret, atq; in hoc, quo uiuimus, noſtrum ſuis in ſcriptis uiuentem produxit, qui & ille mundi de nouo conſtituti phantaſiabilibus, philoſopharetur. Eſto uterque poſtmodum eundem in locum neutris ſentientibus deſererentur, ut mutuo de naturalib⁹ diſciplinis diſſererēt. Si (ut ſupponimus) modo oppoſito conſtituti eſſent, à quibus experimēto ellicuiſſent ſua theoremata, oppoſita itaq; diſſertionum ſuarum ſtabilirent principia. Vnus quidem non poſſe plura corpora materialia eſſe in eodē adæquato loco nequidem corpus eodē inſtanti pluribus in locis conſiſtere poſſe. Alter ſecus affirmaret, ꝙ ſecus ſuo in mūdo expertus eſſet. Nō enim obſtat, qn & plura corpora materialia adæquate poſſint conſiſtere eidem loco adęquato logica potentia, licet non

naturali,uti,& plura corpora formalia,quę ſunt magnitudines accidentales,& formæ eſſentiales extenſe,eſſe ſimul adæquate cum naturali corpore,qđ eſt materia prima ſuapte natura omnifariam extenſa. Hoc eſt uidere in pelui lactis,cuius materies totam replens peluis amplitudinem coaſſiſtit ſuæ formæ eodem modo diuiſibili,& frigiditati,& albori, & dulcori materiei lactis pariter coextenſis omnifariam.

Quid igitur Deo eſt impoſſibilius, ſi illi mũdo alteri æque corpora plura materialia ſibiipſis eſſe conſiſtentia libuerit,quæ eundem repleant,& nõ occupent locum,atq; ſi duo ſoles in eadem aeris diffuſione ſuam modo oppoſito effunderent lucem. Lux ab ortu ſolis emicans ſolis lucem ab occaſu rutilantem non impediret. Ambæ replerent, & altera alteram non expelleret.

Nec obſtat Deo idem corpus pluribus in locis collocare,quum nec hoc ſit impoſſibilius, quàm animam hominis eſſe totã in toto,& totam in qualibet parte ſui corporis,quæ licet partes ſint cõiunctæ eodem in corpore organico,etiã ſeparata, & auulſa eadem anima informari diuinitus poſſent fortaſſis ſancti Albani caput à trunco abſciſum,dum ferreretur, ab eodem ſimul cum trunco uiuebat, & ita latum in manibus corporis trunci prædicabat fidem,Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti idem ſimul in cœlo, & in altari,in manibuſq; ſacerdotũ coaſiſtit, quãquã aliter,& abſq; deſcenſu è cœlo peracta conſecratione, manibus præſto eſt ſacerdotum.

Pleraq; etiã naturaliter fieri experimur, quæ niſi ex parte, ea poſſe fieri audita, ambigimus. Quædã citat Aug.xx. de ciui. Dei lib. iiii. & v. capitibus. uꝫ. ꝙ ignis lignũ nigrefacit, cur lapidẽ albefaciat neſcim⁹. Calx in aqua frigida feruet, in oleo (qđ ignis fomentũ eſt) nõ ebullit. Carbo minimo ictu confringit̃, in humido incorruptibilis ſtat, & ab igne cuncta penè corrũpente incorruptionẽ cõſequit̃. Adamas nulla ui frãgit̃, ſanguine tm̃modo hyrcino dẽpto. Magnetẽ uidit Auguſtinus annulũ è terra leuantẽ, fercium unũ, & ſecundũ primo ſuppoſitũ, & tertiũ ſecũdo appoſitũ, & ſic deinceps ad qntũ uſq;, ita ut cathena appareret pẽdula. Seuerus epus. beato retulit Auguſtino, Bacthauũ Africæ comitẽ magnetẽ ſuppoiſſe argẽteo abaco, q ſub motus ſupupoſitum mouebat ferrũ. Adamas magneti admotus eius uim impedit. Agregẽtinũ ſal i aq̃ crepitat, in igne uero uti aq̃ fluit. Apud Garamãtas fons eſt, q frigiditate potari noctu neqt. Diu uero calore tãgi nõ põt. In epyro fons eſt, in quo immiſſæ faces extingunt̃, accẽſę extinctæ ue accendunt̃. Albeſthos Arcadiæ lapis ſemel accẽſus nũquã extinguit̃. Lignum ficus Aegyptiæ ſiccũ immergitur aqua, cũ uero aquam abſorbuerit emergit. Pyrrites lapis, manu calefactus accenditur.

Varia enim ſemina uarię generationes, chinata diuerſa, ac contẽperamẽta miros & uarios efficiũt effectus, quorũ cauſæ ob hoc ꝙ nobis ſunt ignotæ, eos non poſſe fieri (citra omne periculum) putaremus.

Eo pariter modo diuerſos in hominibus mores

etiam contrarios efficiunt. Nam Aethiopes nigras affectãt mulieres, & eo magis, quo & ſimas uiderint, & pulchriores exiſtimant. Perſæ uero, quo candidiores, & incuruo fuerint naſo. Aloes, quorundam uentrem ſoluit, quorundam ſtringit cum lubricus eſt. Cicutæ ſuccus exitialis eſt amaſſilienſibus. Attica autem anus pluſquã triginta hauſtus cicutę ſine læſione tolerauit. Demophoon præfectus Memphis in ſole balneoq; rigebat, in umbra auté æſtuabat. Africæ populi à ſerpentibus, ſiue aſpidibus læſi ſeu percuſſi, nõ pereunt. Argiuus Anthenagoras à ſcorpionibus percuſſus nihil dolebat. Tytiritæ Aegypti incolæ à cocodrillis non læduntur cum illiſq; impune uerſantur. Gens Aethiopiæ ex aduerſo meroes ſerpétes edit, & aſpides ſalubriter. Oliuerius Hoſtienſis Epiſcopus, ac Cardinalis, uerno tẽpore ex floribus penè exanimis fiebat. Andron Argiuus nunquam ſitiuit etiam ſi per mediã libyam iter feciſſet. Fœmina Mirãdulana nũq̃ bibit, habitoq; primo genito cœpit bibere, quę tamen antequã biberet, rubicũdi erat coloris. Heremita nõ longe à Colonia Agripina per annos duodeuiginti nũquam comedit. Fœmina, Auguſtæ ciuitatis Alemaniæ idem (ut fertur) tota ſua uita ſeruauit. Tyberius Cæſar in tenebris noctis optime uidebat, & ſenſus eius non fallebantur.

Satis ſit itaq; nimium de prędeſtinatione curioſis, ut non ambigant, Deum optimum & ſummum eſſe bonum, cuius natura nihil mali in ſe admittit.

Quòd ſi De⁹ quẽpiã, q nobis imeritus uideat̃ prę

deſtinauerit, oĩno bñ faciet, hoc ipm licet nos lateat.

Propterea gentium Apoſtolus, diuinorum iudiciorum non capaces, importunoſq; indagatores tandem redarguit ita. O altitudo diuitiarum ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius, quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis fuit eius conſiliarius? Proprijs iccirco rationibus relictis, quæ à nobis haberi non poſſunt, ad uniuerſales congruẽtias uerſi, illam de quatuor in primis afferunt, quoniam Deus pater ſuæ bonitatis amplitudinem uolens patefacere, quã apte hominũ natura, ex unica nequibat creatura perſpicere, diſtinctum in uarios eſſendi modos uniuerſum compegit. Partium nãq; mundi quædam tantũ ſunt, ut lapides ipſi, elementa, & id genus rerum, qđ exanime'ſt, quædam coaleſcendo uiuunt, aliæ ultra nutritiuam animam ſentiunt, & harum aliȩ greſſibus, & appetitu ſe agitant, aliæ in motȩ loco ad ſibi cõueniẽtia ſe dilatant, à nociuis iraſcẽdo, ſe conſtringũt, & coarctant intra ſe. Aliæ ultra ſenſum ipſum, intellectu uigent, & uoluntate, uti homines, apicem creaturarum ſenſibilium tenentes. Quo ex his ita diſtinctis, ex infimis ad ſuperiores creaturas cõdeſcẽdens, animus noſter multimodam auctoris ſummi bonitatem in creatis coniectet diſtinctius, & agnoſcat uel copioſius, & ſi non diſtincte, ſed cũ calligine, quoniã ex creatis, confuſa ſolum, & non diſtincta Dei haberi poteſt cognitio.

Præſtitit ergo electis ſuis, quàm maximũ pdeſti-

nationis beneficium omnipotens Deus, aliis neglectis, quo menti humanæ ſuæ pietatis uiſcera manifeſta fierent in electis, diſtricti uero iudicii in reprobis examen appareret. Hinc fatue percunctantibus Apoſtolis, de cæco nato. Quis peccauit? hic, aut parentes eius, ut cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus, neq; hic peccauit, neq; parentes illius, ut cæcus uidelicet naſceretur, quin magis ut manifeſtarent opera Dei in illo, eius ſiquidem gloriæ manifeſtatio, nõ utiq; uiſionis carentia in cæco nato perpenditur, uerum eo magis, ꝙ oculorum ſit miro modo facta illuminatio. Sic bonitas ſummi auctoris, eo conſpicitur, ꝙ iuſte pœna reprobato infligitur, non autem ꝙ decidat ob demerita, à beatitudine.

Vas electionis Paulus itidem Romanis aſtruit quum inquit. Volens Deus oſtendere iram iuſte uidelicet uindictæ in malos uidelicet, Aegyptio, & notam facere potentiam ſuam in electos, ideſt Iudæos ſuſtinuit expectãdo malos Aegyptios ad reſcipiſcẽtiam, in multa patientia diu expectando ad pœnitentiam, nec illico poſt peccatum puniendo uaſa iræ ideſt malos Dei offenſam uti uaſa immunda continẽtes in interitum, ſcilicet deſtinata, ut oſtendat diuitias, hoc eſt abundantiam miſericordiæ ſuæ, in uaſa miſericordiæ, ideſt electos, quæ, ſcilicet uaſa præparauit in gloriam.

Hi quibuſdam minus perfectis aſſimilantur, qui Apoſtoli Pauli temporibus duxerunt, ideo Deũ uelle homines peccare, quo ſolus iuſtus appareret, &

miſericors peccata cōdonando, & puniendo, & deū uelle, ideo nos mentiri, quo ſolus uerax inueniat᷑, ꝙ ſi ita res ſe haberet, iniuſte inquit Apoſto. ab eo damnaremur, qui malo noſtro creſceret magnuſq; fieret, dicit enim. Si iniquitas noſtra iuſtitiam Dei cōmendat, hoc eſt dictu laudabilem efficit. Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert iram, ideſt uindictā, & pœnam pro malis, quæ ab eis uult fieri, ut iuſtus ipſe & commendabilis ſolus eſſe uideatur. Abſit inquit, ut hominum aliquis cogitet ita. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum, ſcilicet iuſte eos iudicando, qui eius uolūtatem implent, laudabilemq; faciunt, & infert. Si ueritas Dei in meo mendacio abūdauit in gloria ipſius, ut qd & ego peccator iudicor᷑ hoc inſinuat. Si Deus uerax meo apparet mēdacio, & uerax ſolus, ideo prædicatur, ut quid iudicat me uti peccatorem, hoc quippe iniquiſſimum eſt, & abſurdum, ut is qui natura iuſtus, miſericors & uerax eſt, noſtro creſcat mendacio in laudem, & iuſtitiam. Non enim placet Deo, ut quandoq; peccemus, non igit᷑ uult Deus nos peccare, ut puniat, & in nos craſſetur, & ob hoc iuſtus appareat. Sed ideo iuſtus apparet, eos puniendo, qui eius contra uoluntatē peccant. Quod uelle in pręceptis ſuis, patefacit hominibus, & etiā in rationis iudicio, ſiue dictamine.

Secūdā cōgruētiā aſſignat, ꝙ ex electiōe bonoꝶ à malis uniuerſi decor ita dignoſcat᷑, ueluti ipſius artificis naturæ ſagaciſſima diſpoſitio, q̄ clarius diuerſis hūani corpis organis etereogeneis, corde, pulmone

ſplene, iecore, uenis, artheriis, ſpiritus ad ſenſus deferentibus, & reliquis membris ſplendet, q̄ ſi totū corpus eſſet oculus, qui ſi eſſet, ubi pes tam officioſiſſimū membrū, & crura ipſa, quibus reliqua corporis moles ab anima agitatur: dicit Apoſtolus. In uno corpore multa membra habemus, & omnia membra non eundem actum habent, ſic multę unū corpus ſumus, ſinguli autem alter alterius membra in Chriſto Ieſu Dño noſtro. Humiliora ſæpius mēbra, quæ abiectiora uidentur neceſſariora eſſe probantur. Artificū ingenium in uaria officinarum domus ſtructura magis penſatur quàm ſi totam Regis baſilicam in aulam cōſtrueret. Vbi nāq; ſplendori regio, neceſſarium eſſet equorum ſtabulum ubi pro iuſtitia exercēda opportunus carcer, quo fures, ſiccarii, Regiæ legis peruerſores cōpedibus & neruis arceātur. Vbi ciboꝝ pro apparatu opportuna coqnaꝝ, & cœnaculi fabrica.

Ita quoq; Dei optimi maximi ſapientiam in prædeſtinatos miſericordiæ dulcor, & in reprobatos diſtrictiſſimum examen, plus oſtendunt, quàm in electos placita miſericordia tantūmodo. Regis quippe baſilica efficitur pulchrior lignis, lateribus, lapidibus ſectis, laquearibus, quàm ſolis celte dolatis lapidib⁹. In magna (inquit Apoſtolus) domo, non ſolum ſunt uaſa aurea, ſed & lignea, fictiliaq;, & quædā quippe in honorem ut Regius Scyphus, quædam in contumeliā. i. ad uilia deputant̄ officia ut matulæ Samiæ.

Tertiam uero putant eſſe cauſam, ut boni à malis immerito dignoſcantur eſſe diſcreti inter quos boni,

uti oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. Sũt boni, luminaria eminus lucentia ſupra eccleſia candelabrum, & in obſcuris obſcœnorum moribus uti luminoſa ſydera. Auguſt. in Enchyridion, inquit, Malum bene ordinatum eſt, & ſuo loco poſitum eminentius cõmendat bona. Et libro de Ciuitate Dei cap. v. dicit. Neq; ullum non dico Angelorum, uel hominum crearet, quẽ malum eſſe prænoſceret, niſi pariter noſceret quibus eos bonorum uſibus cõmodaret, atq; ita ordinem ſæculorum tanquã pulcherrimum carmen, ex quibuſdam quaſi anthithetis honeſtaret.

Anthitheton ſententia eſt, qua contraria cõtrariis ponuntur, uelutí illa Apoſtoli. Per gloriam & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, ut ſeductores, & ueraces, ſicuti qui ignoti & cogniti, quaſi morientes, & ecce uiuimus, ut caſtigati & non mortificati, quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes, ſemper egẽtes, multos autem locupletantes, nihil habentes, & omnia poſſidentes.

Origines libri numerorum cõmentario, ita dicit. Prouidentia Dei ita bene cuncta diſpoſuit, ꝙ nihil otioſum reliquit. Nam malitiam non fecit, & tamen ab aliis inuentam non prohibuit. Si malitia non eſſet uirtus, contrariũ non haberet, nec clara eſſet, nec examinata fieret, & ſi non probata examinataq; eſſet, uirtus non eſſet.

Quantum poſtremo fuerit opportunum in ſortem ſanctorum, quoſdam eligi aliquibus reiectis, eo probare nitũtur, qui bonos à malis in fornacis incen

dio examinari neceſſe ſit, quo poſtmodum copioſius coronentur electi. Quomodo martyres fierēt in certaminibus probati, niſi illorum patientiam tyrannorum ſæuitia excuſſiſſet? Herodis feritas nunquā tantum prodeſſe potuit innocentibus obſequio, quantum profuit odio. Iudæorum malitia cumulatius ſalutem humani generis effecit. Quintianus Agathā, Lutiam, Paſcaſius in meritis ampliores reddidere. Tolle malitiam fratrum Ioſeph, & Pharaonis ſomnium non exponitur. Frumenta in Aegypto futura pro Inedia non cōgregant̃, & ita peribit Aegyptus, & finitimæ regiones, Iſrael non ingredietur Aegyptum, nec in mirabilibus Dei omnipotētis egredietur. Tolle Aſtutias Diaboli, & non erit gloria legitime certanti. Proinde inquit Auguſti. in enchyridio cap. v. Deus omnipotens, cui rerum eſt ſumma poteſtas, cū ſumme bonus ſit, nullo modo ſineret aliqd mali eſſe in operibus ſuis, niſi uſq; adeo eſſet omnipotens, & bonus, ut benefaceret etiam de malo.

Rationes itaq; taliter opinantium in id tādem incidunt qui pro bonitatis diuinæ oſtenſione, ac bonorum hominum exercitio & pro bonorum à malis ut agnoſcat̃ diſcretio. Deū aliqbus ꝑparaſſe ab æterno gloriam, & aliis damnationem. Quibus facile reſpōdemus, qui etiam ſi cuncti homines ſaluarentur, congruentiæ adductæ ex demonum tantūmodo reprobatione à principio mundi conſtituta, infirmę eſſent. Hominum enim damnatio ad ſummi auctoris bonitatem declarandā creaturæ rationali non eſt neceſ-

ſaria. Maligni nempe ſpiritus in præceptorum Dei tranſgreſſionibus æquales hominibus, in pœnarum ſolutionibus ipſis hominibus pares exiſtunt. Quo fit, ut ex maiori damnatorum numero non magis decor appareat uniuerſi, quàm ſi ex magno angelorũ numero pauci damnetur, quum indiuiduorum ſpetię æqualium amplior numerus non magis mũdum perficiat, quàm ſpecici unius ſingulare aliquod. Loquor enim de mundi perfectione ſpecifica, nõ numerali. Alioquin ſi Ienicis indifferens & confuſa cognitio nunc plures ſignaret Ienices, mox mundi ſpecies mutaretur.

Subinde ſi hominum, & angelorum iuſtitiam dei magis commendaret damnatio, cur obſecro ab exordio mundi Dei miſericordiam paucorum hominum cum angelis innocentibus nõ magis commendauit glorificatio, quum euidentius Dei bonitas debuerit per diuinæ opera miſericordiæ oſtendi quàm Dei ſęuera iuſtitia, Dei nãq; proprium eſt miſereri, & parcere. Si peccata hominum conſulto ideo fieri permittit, non'ne cauſabitur Deus, quum non magis ex intentione cuiuſquam permittenda ſint delicta fieri, quàm illa facere. Abſq; etiam reproborum tanta iactura, & bonitatis diuinæ oſtenſio, ac bonorum exercitatio, & à malis diſcretio fieri aliter poterat.

tua te ſaluum fecit. Opera (inquit Lutherus) ſunt hy pocritarum, charitas eſt fidei fructus. Ideo fides ſola ſufficit. Paul. Apoſto. contendit ad Rom. & Galath. homines fide iuſtificari. Lacerat autem & corrumpit textus, cum nullibi aſſeratur, iuſtũ ſola informi fide uiuere uita chriſtiana, ſed fide, quæ per dilectionem operatur. Nec opera uſpiam fateatur eſſe hypocrita rum, quinimmo dicit dominus. Luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant opera ueſtra, & glorificẽt patrem ueſtrum, qui in cœlis eſt. Charitas etiam non eſt fructus fidei, ſed ſpiritus. Ad Galat. v. fructus aũt ſpiritus eſt gaudium, charitas, pax, patientia, modeſtia, & reliqua, quæ ſequuntur. Et licet operibus præcedentibus fidem perfectam non iuſtificetur homo, operibus tamẽ ſequentibus fidem formatam magis iuſtificatur, quum iuſtitia augeať perfecta, quę charitas eſt. hinc ſeruator noſter dicit, habenti dabitur, & non habẽti. id, quod habet auferetur, ſi uidelicet, ſequentibus operibus non conſeruatur.

Itidem confirmat uerbo Chriſti dicentis. Nemo uenit ad me, niſi pater meus, qui miſit me, traxerit eũ. Super hoc dicit Auguſtinus. Quare illum trahat & illum non, noli quærere ſi non uis errare. p̃s. Saluum me fecit quoniam uoluit me, non autem ꝙ operatus ſit. Apoſtolus ſcribit ad Epheſios. Gratia eſtis ſaluati per fidem, & non ex operibus, ne quis glorietur. Eiſdem quoqꝫ ait. Elegit nos ante mundi conſtitutionẽ, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionẽ filio

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

rum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio eius, in quo habemus redemptionem per ſanguinem ipſius in remiſſionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius, quæ ſuperabundauit in nobis.

Hieremias ita affatur populum. Nunquid ſicut figulus iſte, non potero uobis facere domos Iſrael ecce ſicut lutũ in manu figuli. Sic & uos in manu mea eſtis, & alibi dicit ſcriptura. Conuerte nos, & cõuertemur. Apoſto. Corinth. Fatetur nos non ſufficere à nobis nedum ad operãdum, licet nec ad cogitandũ, at ſufficientiam omnem noſtram ex Deo pẽdere, ut quippiam uelimus, & operemur, talibus diuinę paginæ elogiis, Lutheri oſcitantia non aduertit. Primã ſalutis cauſam in adultis, eſſe Dei bñuolentiã, eiuſq; beneplacitum. Induſtriam autem hominis, conatus, & opera elicita primo, dehinc imperata, quũ facultas adeſt, eſſe ſecundariam, ſiue particularem. Porrò ſecunda Petri cap. i. dicitur. Miniſtrate in fide ueſtra uirtutem, in uirtute ſcientiam, in ſcientia abſtinẽtiã, in abſtinentia, patientiam, in patientia, pietatẽ, in pietate, amorẽ fraternitatis, in amore fraternitatis, charitatem. Mathę. vii. Multi dicent illa die. Domine Domine, non'ne in nomine tuo prophetauimus, & in noĩe tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes magnas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia non noui uos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Paulus fidei & ſpei charitatem præ

ponendo dicit. Nunc autem manet fides, ſpes, charitas, maior autem harum eſt Charitas. Petro in cœna pollicitus eſt, fidem eius nunquàm deſituram, quem tamen à fide ſe auerſurum prophetauit dicens. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. is tantũ modo ſe conuertit, qui prius auerſus eſt, quo fit ut ex fide Petri, iuſtificans charitas, etiam cõtineatur, quã negando perdidit Petrus, licet informem non perdiderit fidem.

Lutherus tenet Petrum iudaizando, iuſtitiam perdidiſſe, quem tamen putat poſt Chriſti orationem, fidem non amiſiſſe, quæ dicta ſibi non conſtant, niſi iuſtitiam perdiderit, quum fidem iuſtificantem, & quæ per dilectionem operatur amiſit, non autem fidem informem poſt Chriſti orationem, quæ Petri iudaizationem præceſſit. Tali fide & demones credũt, & contremiſcunt.

Ex his patet, nuda ex fide non haberi iuſtitiam perfectam, de qua eſt ſermo, niſi charitate ueſtiatur. Condemnat Dominus. Mathæ. xxv. Eos qui miſericordiæ opera non facere. & qui fecere approbat. ergo fides iuſtificare non ſufficit, ſed operibus in fide formata, Charitas, & Fides perfecta augetur. Math. v. Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra pluſquam ſcribarum & Phariſeorum, non intrabis in regnum cœlorum. Apocal. xxi. Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. Hebræos. v. Nõ iniuſtus eſt Deus, ut obliuiſcatᷣ opis, & laboris ueſtri ex charitate ſuſcepti. Ro. ii, Gloria, & honor, & pax homini operanti bonum,

Iacobus Apoſtolus. Non auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur. Math. xix. Si uis ad uitam ingredi ſerua mãdata. Sũt paſſim in diuinis uoluminibus præcepta, & prohibitiones diuinæ libertatem prætendentes humanam, & opera præcipientes iuſta, iniuſta uero inhibentes.

Nec ualet Lutheri oſcitantia, hæc ideo præcipi, aut prohiberi, quo contritio, & de nobis propria cõcipiatur deſperatio. Sed etiam, ea nobis præcipi bona, & uetari mala, quo noſtra tantilla exerceatur induſtria, & Dei ſimus coagnitores. Dehinc rudis homuncio non aduertit, humiliationem contritionẽ, ac ſanctam de nobis ſolis deſperationem in nobis oriri nõ poſſe niſi in nobiſipſis ſit arbitrii libertas, alias etiã omne citra præceptum poſſet omnipotens Deus cõtritiones, humiliationes, & deſperationes in animos noſtros abſq; ſcriptura excitãre, & nobis uolentibus producere. Vt quid etiam incaſſum de bullis arguit Papiſtas contra eum fulminantibus, ſi liberi nõ ſunt, Deum incuſet, ad hæc opera Papiſtas impellentem.

Modus deſcribitur, quo opinantur quidam adultos ex Diuino placito prædeſtinati. Cap. VII.

MODVM VERO QVO Deum aliquos ſolo prædeſtinare, uel reprobare placito ſuo, ita eſſe arbitrantur. Fingunt plura naturæ inſtantia in Deo eſſe in eorũq; primo ęque ueluti obiecta ab æterno, diuino conſpectui offerũ

tur

tur contemplandi electi, & reprobi. Sint exēpli cauſa. Petrus Apoſtolus & Iudas Schariothis, ambo natura æquales, abſq; meritis, demeritiſ'ue ullis. In ſecundo naturæ inſtanti, uult Deus Petrum ſuo placito, ut ſalutem tandem ab eo conſequatur. In tertio, ita Petrum uult firmari ab eo in gratia, ut peccare nō poſſit. In quarto beatitudinem ei uult conferre. Executio effectuū prædeſtinationis modo fit oppoſito, poſtremum ratio prioris eſt, confirmabit enim illum in gratia, cui præſtaturus eſt gloriæ coronam, & gratiam tandem illi exhibebit, quem mero elegit placito ſine meritis, uidelicet, de Iudæ uero fine, Deus in ſecundo inſtanti neutra eſt ſalutis, & dānationis eius uoluntas. In tertio, à Iuda peccatorum patrandorū eſt conſpector, & in quarto inſtanti illum condēnat quem iam ſua libertate p: ęnouit eſſe male uſurū. Eo fit ut perditionis ſuæ Iudas cauſa ſit, Petrus uero, dei tantum miſericordiam ſalutis habet cauſam.

Præfigitur Iudæ in tertio inſtanti, q nemo eū corrigere poſſit, quem Deus deſpexerit, nec ualet in eo ſeruatoris antidotū. Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te, & illum ſolum, ſi te audierit lucratus fueris fratrē tuum, ſi non, adhibe duos uel tres teſtes &c. Valuit autem in Iuda id, qđ ſequitur. Si te non audierit, quia non audiet, ſit tibi ſicut ethnycus, & publicanus. Extrema Iudę opera deſperati, & obdurati erūt hominis, nam ſic in tertio inſtā ti uiſus fuit peſſime uicturus, ob hoc Iudæ opera, nō erunt ad ſalutem inutilia, Oratio quoq; Dominica,

d

quàm credituros docuit Dominus à Iuda ſi ad Deũ fiat, fruſtra fundetur, & in malũ potius fiet ipſius oratoris. In ea petit, ut ab eo, qui orat, uel de eo fiat uolũtas Dei. Ab eo quidem fiat uoluntas, quæ ſignum dicitur, ſiue uerbum, & eſt Dei, quatenus eſt prædicatus, & reuelatus, & ſunt diuina præcepta, & conſilia. De eo uero fiat Dei beneplacitum, hoc dictu eſt, ut Deus de oratore faciat id, quod omnino eſt factur⁹. Secunda uoluntas eſt Deus abſconditus, id faciens efficaciter, quod uult. Primum ſi petierit, id à ſe petit effici, pro cuius certa, immo neceſſaria ommiſſione eſt dãnandus, petit nãq; uolũtatem Dei fieri optimam, quam tandem ipſe non eſt facturus. Si ſecundum exorauerit ad impleri, fruſtra molietur, ut uolũtas Dei, ſua fiat, ſiue impleatur oratione, quã noſtrã citra petitionem Deus exequetur, de nobis faciẽdo, quicquid de nobis fieri libuerit.

An peroptabit fortaſſis Deo uti ignoranti mẽtis propriæ affectus exponere? Dominus tales de lõge prohibuit dicens. Orantes nolite multum loqui, ſcit pater ueſter, quid uobis opus ſit, antequam petatis. Quũ igitur id fieri nequaquàm poſſit, quod ab ęterno non diſpoſuit Dominus ſe eſſe facturũ incaſſum orabit. Hinc beatus Samuel cupido Saulo ab eo petenti, ut pro peccato commiſſo (quo regno poſteritas eius, dei ſtatuto, priuari debebat,) in Amalechytarum ſpoliis, precaretur, & dicenti porta peccatum meum, ideſt auferatur oratione tua comminata pœna, & ueni mecum ut adorem dominum. Reſpõdit.

Scidit Deus Regnum tuum à te hodie,& tradidit il lud meliori te.non reuertar,quia proieciſti ſermones dñi, proiecit te deus.porrò triũphator Iſrael nõ par cet,nec pœnitudine flectetur,ut agat pœnitentiam.

Dicet fortaſſe quiſpiam,duorum oratorem alte-rum per optare, aut,ut decretum Deus impleat, aut ſtatutum mutet ſuum,qui,quantum aberrent uide-rint ipſi,citra enim petitiones quaſq; ſtabile de futu ris Dei decretum implebitur, & quæq; hominum conſilia. Viuo ego dicit, in Eſaia, Dominus. Conſi-lium meum ſtabit,& omnis uolũtas in ea fiet. Q uũ de neceſſario euẽturis haud cõſiliãdũ ſit. Apud dñm non eſt tranſmutatio, nec uiciſſitudinis obũbratio.

Dices,uoluit ab ęterno dñs,(ſi cõditiones adeſſent petitionum)in futuris ſęculis concedere petita, quę ſi non extarent,non fuit petita conceſſurus. Sũt aũt conditiones,ut petens ſit pius, uidelicet, fide, ſpe & charitate inſignitus,pro ſe petat,quoniam alius forte non meretur accipere id,pro quo alter orat. Tertio perſeueranter.ſ.horis,temporibuſq; debitis,quibus orãdum eſt,nec oppoſitam formet intẽtionẽ. Q uar to ordinate,ut uidelicet ea efficiat ꝓpria, quæ ualet efficere induſtria.Harũ cõditionũ oĩum,uel aliquarũ defectu,nõ ſemp exaudit͛ homo ad uotũ,aut utilitatẽ, præcipue ſi petitũ ad animæ ſalutẽ nõ fuerit ordina tum,dicente Dño.Si quid petieritis patrẽ in nomine meo dabit uobis. Q uod enĩ ad ſalutẽ nõ attinet ęter nam,nihil apud Dñm exiſtimatur,& nõ, quid aliqd. Hinc Dominus Ieſus dixit Apoſtolis. Vſq; modo nõ

petiiſtis quicquá, quia ſalutaria non petierunt, ideo ſequitur. Petite, ut gaudium ueſtrum plenum ſit, qđ quidem gaudiũ plenum in ſola beatitudine reperit̃.

Aduerſus hoc ita dicẽtes reſpondetur, hominẽ uoluntati humanæ debere diuinam ante ponere, quod & docuit Chriſtus in oratione, quam apoſtolos docuit dicens. Fiat uoluntas tua.

Dominus quoq; ex ea parte, quatenus homo fuit, pro calicis amotione ita orauit. Abba pater ſi poſſibile eſt transfer à me calicem hunc, uerumtamen non mea uoluntas, ſed tua fiat. Subinde ſequeretur, Dei uoluntatem de aliquo, pro futuro tempore, per hominis uolũtatem, & hominis petitionem fieri eãq; ab hominis conditione ſeruata, pendere, quod inconuenire uidetur.

Propterea humani generis redẽptor. Quum ſaluberrimam expoſuiſſet ap̃lis paſſionẽ, Ap̃lo Petro eã fieri prohibẽte, ac dicẽte. Abſit à te dñe ne fiat hoc, reſpõdit. uade retro Sathana, ſcãdalũ mihi es, ac ſi diceret, uolũtatẽ tuã a ſathana excitatã inuido, meo poſtpone beneplacito, nõ eñi ſapis, quę dei ſunt, a Deo. ſ. diſpoſita. Poſtmodũ Dei uoluntatẽ ſub infert, de filii Dei paſſione, quũ inq̃t. Niſi granũ frumẽti mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet, ſi aũt mortuũ fuerit, multũ fructũ affert, & reliqua, quę ſequunt̃. Quũ ergo in quarto naturæ inſtanti, quod ſicut tertiũ, ſecundũ, & p̃rimũ eſt æternum, uelit Deus Iudam dãnari. Quid aliud obſecro petet Iudas in temporis uolubilitate (petẽdo ut fiat uolũtas Dei) q̃ ſuã damnationem?

Damnoſum itaq;, ac inutile Iudæ miſero admodũ erit tam neceſſarium præceptum, pro quo à Deo ſuper ſe tam ſæueram implorat uindictam. Deſperata Iudæ ſalus eſt, quam Deus non prædeſtinauit, & obtineri haud quaq̃ poſſunt, quæ nõ ſunt prędeſtinata.

Improbatio Rationum capite ſeptimo deductarum. Cap. VIII.

ATQVI REDDANT HI obſecro rationem, qui hæc naturę momenta in diuinis confinxere operibus. Quid ſi in primo inſtãti naturæ ſunt, nullis meritis, ac demeritis ęquales Petrus, ac Iudas, In ſecũdo naturæ inſtanti prædeſtinet Deus tantũmodo Petrum, Iuda relicto, & ſolita in Iuda quam in cæteros exercet, nõ utatur miſericordia. Vbi diuinæ iuſtitiæ erit miſericordiæ admixtus dulcor? Iuſtitia, & pax ſeſe oſculabuntur? Non'ne uidebitur acceptionis perſonarum uitio non carere Dñs. Petri cauſa. Si Iudæ nullis meritis, demeritiſq; Petro æquale, æqualem non præſtituat finem?

At ita reſpõdent. Aliud eſſe iuſtitiæ Dei, & aliud miſericordia forum. Iuſtitię hic forum, aut miſericordiæ, non pro loco ſumitur, quo cauſę feruntur uentillandæ, ſed pro iudicio, quod iuſtitiæ actus eſt, & poſt uentillatas cauſas fertur. Iudiciorum autem duplex genus eſt, quoddam ſæuerum, & aliud clemẽtiſſimũ pœnarumq; mitigatiuum, & gratiarum diffuſiuum. De primo ſit exẽplum, Sint duo æque rei, iudici de

legato legibus ſubdito Imperatoriis oblati, non poterit iudex citra iniuſtitiam, eorum tantum alteri eo remiſſionem facere, nec utriſq;, ꝙ legibus ſubiectus ſit. At imperator, qui lex uiua, & poſitiua eſt, ſuis & legibus ſolutus, utrunq; poterit, & foro miſericordiæ utetur, ulla abſq; iniuſtitia, ualebitq; duorum nõ meritorum, alteri ex placito beneficium pręſtare, & alteri non, neminemq; iniuria afficiet.

Duplex quidem perſonarum acceptio eſt, una actus eſt iniuſtitiæ, quo ſecundum merita non tribuitur bonum benemeritis, & hæc iuſtitię opponitur diſtributiuæ, & dicitur perſonarum acceptio indebitis nõ datis benemeritis, uel ſubtractis ab his, qui merentur. Alia uero actus eſt gratuitus, quo miſericorditer, liberaliterq;, cuipiam id tribuitur bonum, quod nõ meretur, & eius benemeritis non debetur, ſed donantis Dei largitate ſola. hæc Deo attribuitur perſonarum acceptio, nõ prima quũ nulli debeat, aut quis prior illi dederit, ut retribuatur ei. Cuipiam nequit ſubtrahere debitum, aut indebitum irrogare, quo fit, ut ſecunda perſonarum acceptione non dicatur proprie perſonarum acceptor Deus, quantulibet ſublimet hominem, & alteri præferat, quoniam nullius eſt debitor. Ea enim, quæ ab eo erogantur, gratis & liberaliter conceduntur.

Quum igitur prædeſtinationis non conferatur beneficium ex meritis creaturæ, nec omnipotentis Dei debito, ſed eius gratia miſerentis, haud iuſte de Deo quęreretur reprobatus, id non ſi accipiat à do

mino, de quo ex maſſa peccati genitus, omnino eſt immeritus.

Proinde ad uineæ cultum tempeſtiue uocatis, de æqua præmii portione conquerentibus iniuſte, dominus querele crimen, uni eorum impoſuit dicens, An nō licet mihi facere id, qđ uolo? An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum. Tolle qđ tuū eſt.

Vinea illa, iuſtitia eſt legalis, ad quā ſeruādam paterfamilias omnium prouiſor Deus, per diuerſos patres ueteris, & noui teſtamēti exiit. i. manifeſtauit bonitatē ſuā, inuitādo ſubditos patrū ad præceptorū diuinorum obſeruationē per quancūq; ſæculorū durationem, & denarium gloriæ promittendo, patres ueteris teſtamenti mirantur de magnitudine bonitatis diuinę, ꝙ chriſtiani mox poſt mortem beentur, recipiātq; a ſalutis procuratore chriſto & ipſi denariū non niſi poſt longam in lymbo expectationē, & illis dictum eſt. An non licet mihi facere, quod uolo? tolle quod tuum eſt, tuum enim non eſt niſi peccatum, omne, quod bonum eſt, à benignitate mea eſt, à te uero ſolo, non niſi malum eſt, ex naturæ corruptæ pōdere. Vel tuū eſt id, qđ mea bonitate tibi datum eſt.

Lippis ſæpius, obliq̄ recta, & recta obliqua uidentur, curua rectis nō æquantur, eo fit, ut rectus Deus malis iniuſtus appareat, q iuſtis, rectiſq; iuſtus, & rectus eſt. Hinc regius pſaltes canit. Quā bon⁹ Iſrael deus his, q recto ſunt corde. Quis belli ducē accuſabit, nullis ſi bonorum pugnę ꝑcedētibus meritis militum alteri, uti alter immerito, aciei partē regēdā

committeret. In duce acceptionis perſonarum eſſet iniquitas, cauſam ſi ob indebitam alterum eligeret. Quemadmodum ſi Paulus. iii. Pont. max. affinitate, conſanguinitate, beneuolentia, iniuſtum, raptorē, ſtolidum, moribus penitus incompoſitum, ad epiſcopatus apicem eligat, ommiſſo extraneo ſibi oblato. Iuſto, ſapiente, moribus compto ad epiſcopatuſq; munus idoneo. Ita quoq; ſi claudum, ſi cæcum, armorū inexpertū in partem ſollicitudinis belli eligat, campi ductore, pugile experto ommiſſo, & ad id munus peritiſſimo perſonarum erit acceptor. Et ſi in hac re ſatis uideantur facere, non tamen ſatisfaciunt, eligētiū ſi contēplemur liberalitatē, & uoluntatem. Ipſi enim quoſdam tantūmodo eligunt, quoniam eis tot non ſunt bona diſtribuēda, quo omnibus eadem, uel alia impartiri queant. Deus autem, qui diues eſt, & diuitiarum altitudo, omnium bonorum, & pulchrorum opulentiſſimus & infinitus extat theſaurus, abſq; cuiuſpiam detrimento, non minus reprobatis ſalutē impartiri potuit in tēpore, quàm æternalr̄ potuit uelle.

Nunc canamus receptui, & unde digreſſi ſumus regrediamur ad naturæ inſtantia priora, & poſteriora in Dei æterna, & ſimplici uoluntate, quæ diuina omnino eſſentia eſt, ac ſi ſibi, ſiue in ſe recipiat uiciſſitudines & ſucceſſiones is, apud quem non eſt trāſmutatio, nec uiciſſitudini obumbratio.

His itaq; reſpondemus, q; ea quæ ſecundū prius, & poſterius ſunt, uel dicuntur ordinata, quædam ita ſe habent, ut prius, & poſterius dicantur, aliqua cau-

ſa extrinſeca illis correſpondente, illa ſit dignitas, lo cus, uel tempus, Socratem dicimus Platone priorē fuiſſe, quia Socrates aliquando fuit, quando nō fuit Plato, & Plato poſterior dicitur ſi aliquando erit Socrates, & non erit Plato. Quædam ita priora, poſteriora'ue dicuntur, ut nulla tamen res ſit extrinſecus apta, per quam hoc prius illo, aut illud poſterius iſto dicatur. Ea quæ ſecūdū prius & poſterius primo modo ordinari dicunt̃ ſecūdū naturā, uidelicet, cauſam, dignitatē, & ueritatē, & attributionē, priora ſibiipſis, & poſteriora ſunt, quia ſic ordinant̃, etiam circūſcripto omni rationis actu. Atqui in huiuſmodi ſecundo modo dictis, priora & poſteriora momēta, in quibus aliquid res aliqua agat uel patiatur aſſignare ſtultū eſt, ueluti ꝙ in priori inſtanti naturæ Deus ſit Petri, & Iude notitia. in ſecūdo acceptet Petrum. in tertio uideat Iudam fore proditorem. Item, ꝙ in primo inſtanti, tam ſalutis Petri quàm Iudæ, neutra ſit uoluntas. Quid obſecro eſt Deum uidere inſtāti Petrum, & Iudam æquales? niſi illos in ſeipſo eſſe, magis hoc dicendum eſſet in ordinatis ſecūdum cauſam, & aliis modis ordinatis, quę ſupra retulimus, & non in his, quibus non reſpōdent aliqua extrinſeca, per quæ ordinem habeant. Si prius natura eſt in priori ſecundū naturā, materia prima, quæ natura eſt prior forma, materia in ſeipſa erit materia.

Ita quoq; ſi diuina uoluntas, quæ cunctis natura prior eſt, ſit in priori inſtanti naturæ. Quum uoluntas Dei ſit Deus, Deus in Deo erit, Dicamus potius

formam naturalem, quæ poſterior natura eſt, eſſe in materia, quæ natura prior eſt, cunctaq; in Deo eſſe creata, uti in cognoſcente, & uolente, qui omnibus natura prior eſt.

Subinde inſtantium naturæ fictores mihi fateantur. Si id, quod prius eſſe natura dicunt, ficta res ſit, an exiſtens, & ſi ſit res exiſtens, an illa ſit creator, uel creatura? & eſto creatura ſit, ſit'ne ſubſtãtia uel accidens? & nulla res dari poterit, quę natura ſit prior. & in priori natura. Si autẽ dixerint illud natura prius eſſe idolum rationis fictum, mox uel Deum ipſum, uel materiã in aliquo rationis ente eſſe dicent, in quo nec Deus, nec materia prima eſt realiter.

Sed ſi per inſtãs primum naturæ præcognitio noſtra intelligitur, tunc in aliquo inſtãti eſt materia, in quo non eſt forma; quoniam ſi forma naturalis eſt, materiã præexiſtere, & præintelligi neceſſe eſt, ſed non è diuerſo quoad intelligendi modum, licet non quoad exiſtentiam naturalem.

Sed de cauſa & effectu, qui à cauſa abſq; motu ducitur, de perfecto & minus perfecto bono, uti totum prius perfectione eſt omni ſua parte diuiſiue ſumpta, partes natura ſaltim priores ſunt toto, ideo in his prius in priori dici poteſt, quoniam partes natura priores toto, in toto ſunt, quod eſt prior partibus perfectione.

At uoluntatem Dei, aut ſcientiam eius eſſe in aliquo inſtanti priore nequaquàm dici poteſt, quoniã

uoluntatis,& agnitionis diuinæ,nil natura, duratio-ne,perfectione, dignitate ue prius eſt, eo q̄ omnia; quæ affirmatiue de Deo dicuntur,pro eodem ſuppo nunt,& ſi non ſemper idem conſignent. Eſſentia Dei, intellectus cognitio,uoluntas,& diuinum uelle, idē ſignificant,licet diuerſas rationes notent, & idem his abſolutis nominibus diuinis ſignificatur, quod quoli bet nomine perſonali,& relatiuo,licet nomina abſo luta priora ſint conſequētia,& illatione,relatiuis. Si enim Deū patrē dicis exiſtere,tūc Dei eſſentiā intel lectū,& uolūtatē eſſe cōfiteris. Si Deū eſſe aſſerue-ris,aut intelligere,& uelle,nō patrem, filiū, ſpiritum ſanctum eſſe aſſeres neceſſario. Deum eſſe intelligen tem,& amantem,in naturæ lumine aſſentiet Philo-ſophus,qui tamen filium à patre generari inficietur. Conceditur etiam Pater prior origine filio,in quo ta men prior non eſt pater,quia pater non eſt in patre, ſed magis filius qui poſterior tempore, ac natura pa tre non eſt, eſſe in patre origine priore fatemur, à quo unigenitus eſt Dei filius, qui æternaliter in Dei ſinu eſt patris, & in ſinu matris in temporis uolubilitate.

Id etiā dictū de duplici foro iuſtitię,uꝫ. ac gratia-rum,quod uidetur obiecta diſſoluere,catholicę ueri tati aduerſatur,quæ unum quēq; ſuis nedum meritis gehennæ pœnis cruciandum teſtatur,uerum quoq; pro meritis quēlibet(modo ſit adultus)ſaluandum eſſe dicit propheta. Tu reddes unicuiq; ſecūdū ope ra ſua,& Chriſtus. Si uis ad uitā ingredi ſerua man-

data, & niſi prædeſtinationis cauſam, ſaltim partialē eſſe ponamus opera, peruerſum Lutheri dogma uix fugiemus de ſeruo arbitrio.

Quum itaq; ſupra poſitarum aſſertionū, illa præcunctis ſit eligenda quæ Dei opt. max. iuſtitiā minus ſuſpectam reddit, & hominis arbitrium á ſeruitute coactionis liberum relinquit, ueritatibuſq; catholicis magis fauere uidetur, effectum prædeſtinationis Dei, qui etiam ſæpe, prędeſtinatio dicuntur, gratiæ, uidelicet, & gloriæ cauſam eſſe, & Deum ipſum, & liberum aſſignamus hominis arbitrium,

Quòd uoluntas hominis ſit concauſa effectus in nomine prædeſtinationis cōnotati & præuiſa opera. Cap. IX.

VERITATEM QVAE Deū omnium Auctorem, ideo aſſerit, aliquos prædeſtinaſſe, alioſq; Reprobaſſe, ꝙ quorundam æterna ſit præuiſio, de ſuo libertatis bono, uel malo uſu. Beatus Paulus ſpiritu Dei afflatus cap. viii. ad Ro. amplexatur cum inquit, Omnia cooperantur in bonum his, qui ſecundum propoſitum uocati ſunt ſancti. Et propoſitum, interpretatur gloſa præſciētiam, & prędeſtinationem, nec de prędeſtinatione ſola meminit, abſq; pręſcientia, quod & Paulus ſequenti litera confirmat dicens. Nam quos præſciuit & prędeſtinauit cōformes fieri imagini filii ſui, ut ſit primo genitus in multis fratribus, quos autem prędeſtinauit hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iuſtificauit,

quos autem iuſtificauit illos & magnificauit. Prædeſtinatio itaq; gratiam & gloriam præparat. Vocatio gratiam offert, & retrahit à malo, iuſtificatio gratiam confert, magnificatio gratiam conſumat in gloria horum, quorum prędeſtinatio actiua eſt in Deo, alia uero ſunt in nobis ſi pdeſtinatus eſt. Si auerteris à Deo uocaris, ſi peccas iuſtificaris, ſi moreris, ad uitã tamen impaſſibilem transferreris.

Ex Apoſtoli etiam uerbis ſignificat' nobis eo modo uocationem inferri ex prædeſtinatione, iuſtificationem ex Dei uocatione, magnificationem ex iuſtificatione, quo ex meritorum futurorũ in electis præuiſione infertur prædeſtinatio, dum dicit. Quos pręſciuit ſuo, uidelicet, arbitrio bene uſuros. Vel ex Hieronymo. Quos præſciuit credituros in Chriſtum, & illum imitaturos eſſe hac in uita, hos prædeſtinauit, ideſt uoluit eſſe conformes imagine filii ſui IeſuChriſti. Qui. ſ. imago patris eſt in gloria, ut ſicut ſunt conformes Chriſto imitando eius uirtutes, ſic & ſint conformes in gloria beata. Sic tamen ut ipſe ſit primogenitus in multis fratribus, cui prima gratiæ portio, & copioſior collata exiſtit, & hæreditas glorię amplior collata eſt Chriſto. Primogenitis maior ſolet ſeruari hæreditas. Hinc Ioãnes inquit. Non ad menſuram, aliorum, uidelicet, datus eſt ſpiritus Chriſto. & Pſal. Vnxit te Deus Deus tuus oleo exultationis pręparticipus ſuis, hoc eſt pluſquam participes tui fideles. Hos itaq; ad filii gloriam ſimilẽ, licet non æqualem, præcognitos, qui, Deũ ſunt imitaturi ab æterno, præ

deſtinauit,& prædeſtinatos ad fidem efficaciter uocat,ac ad bona opera interius lumē prębendo ſeipſo, uel per angelos,quos miniſtros,& ignem uti urentē facit,interim flagellis reuocat errantes, quo multiplicatis infirmitatibus diuinum accelerent implorare auxilium,deſidioſos beneficiis allicit,ut in piiſſimi patris amplexus accurrentes gratiæ beneficentia iuſtificet,iuſtificatos uirtutum donis, & beatitate tandem magnificet.

At petet fortaſſe quiſpiam.Quo uocationi diuinæ momento ob audire teneatur homo, ne diuinam indignationem incurrat.De hoc opinātur aliqui, eo ætatis momento,quo uere dicitur,nunc eſt adultus, & rationis capax,obligari.Eo fit,ut ſi poſt illud momentum abſq; fide è uita migraret gehennæ incēdiis traderetur,& ſupponit,hæc aſſertio Deum alloqui animam interius mox cum ratione utitur, & in ſponſam peti à ſuo creatore.

Alii ex Apoſtolo ſentiunt Romanis ita dicente, inuiſibilia Dei,per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur,hominem ſolummodo. Diuinæ teneri uocationi obaudire poſt creaturarum aliqualē cognitionem, qua primo Deus inuiſibilis, uti in ueſtigiis eius, licet calliginoſe dignoſcitur. Fidem itaq; poſtponunt creatorum contemplationi, & non uſus rationis momento.

Alii etiam de hoc ambigunt,putantes & hoc duriſſimum eſſe,ut mox creatorum mediocrem cognitionem ſub damnationis pœna habere fidem tenea-

42

tur,cum benignus Deus, ampliores homini conce dere debeat deliberandi inducias ad credendũ,quàm ſecularis iudex in cauſis forenſibus. Et quantum ſit id deliberãdi tẽpus, is ſolus nouit, qui nos miſericor diter uocat. Hinc iſtorum aſſertionibus haud lepide infertur, homo adultus cognitionem habet creatura rum mediocrem, & non credit in Deum, ergo, ſi in eo ſtatu decedit damnabitur, eo, qui non ſit in mora cre dendi, quod uidetur ſeruatoris doctrinæ aduerſus: Qui non credit iam iudicatus eſt.

Ego aliter ſentio, qui de momento aſſenſus, cui te netur homo, ſolus Deus, id nouit, qui ſufficiẽtia inte rius iuuamina homini confert, nec par ſummi debet iudicium de homine iudice, ac Deo optimo, quũ ea non conferat homo interius iuuamina, nec conferre queat quæ Deus.

Ad id unde receſſeramus redeuntes. Ex Apoſtoli oraculo dicimus. Prędeſtinationem in ſuo ſignificato continere Dei præſcientiam, ita enim gloſa conte ſtatur quæ ita ſe habet. Non in nobis eſt prædeſti natio manifeſta, ſed in occulto, in eius, uidelicet, præſcientia.

Prædeſtinatio p̃ſcientiã ſupponit Dei quo ad no ſtrũ modũ intelligẽdi, qm̃ incognita nõ uolumus, nõ tamen omnem præcognitam rationalem prędeſti nat creaturam, uti nec quis diligit beneficium eo qui cognoſcat Xenocratẽ, ſed diligit eo Xenocratẽ q̃ be neficus eſt, eum tamen uti beneficum nõ diligeret, ni ſi eum beneficum eſſe agnoſceret, Ita quoq; illũ præ

deſtinat,& ſaluum uult ab æterno, quem æternaliter præuouit eſſe Chriſtum imitaturum, & in illum crediturum iuxta Seruatoris dictum. Qui credit in me non morietur in æternum, & qui ſequitur me nõ ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Non autẽ eo qui prænouerit Xenocratem futurum. Prædeſtinatio, itaq; ultra præſcientiam, notat dilectionẽ eorum adultorũ qui Dei præcepta ſunt obſeruaturi, Quãobrem diuinus Apoſtolus. Prædeſtinationem uocationis, & iuſtificationis, ac magnificatiõis ordine quodam poſuit eſſe rationem, atq; præſcientiam prædeſtinationis. Et quos ita præuiſos diligit, efficaciter uocat iuſtificat uocatos, & iuſtificatos magnificat.

Erit itaq; ſic præſcientia prædeſtinationi ratio, uti liberi arbitrii uſus præuiſus bonus, congrua erit ratio, ſine qua non, eſt Deus uoluntas beandi electos. Idipſum uidetur aſſerere Beatus Auguſtinus octuagintatrium quæſtionum libro. id Malachię interpretans elogium Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Quum dicit. Voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt. Venit enim de occultiſſimis meritis, quia & ſi ipſi peccatores propter generale peccatum maſſam unã fecerint, nonnulla tamen inter illos eſt diuerſitas præcedit enim aliquid in peccatoribus, quo quãuis non ſint iuſtificati, digni tamen ſunt iuſtificatione. Et iterum præcedit aliquid in peccatoribus, quo digni ſunt obduratione ac ſi teſtetur, licet inter approbatos & reprobatos quoad generale, gignitiuum peccatum nil ſit diſcriminis, quod ab omnibus contrahitur, eſt nihilominus

hilominus

hilominus præuiſa ab æterno hominis libertas, quæ moraliter, ſpontanee cum Dei auxilio futura eſt bo-na, qua prędeſtinati digni fuere, ut ad uitā eligerētur æternam à qua reprobati eorū prauitate præuiſa ar-cerentur dicēte domino, Neſcio, uos, quos & ab æter no neſciuit. Nouit autem dominus qui ſunt eius, & nouit dominus, uiam iuſtorum, & iter impiorum pe ribit, hoc eſt, non nouit.

Libertas gratificata adultorum, & opera merito-ria præuiſa, ſalutis non ſunt condigna ratio, naturali operum ualore, ſed Dei acceptatione, & ſunt præde ſtinationis actiue effectus partiales.i. Dei prædeſti nantis. nam Dei nulla eſt cauſa. Atqui ei us tantum-modo effectus concauſa aſſignari poteſt, uti prædeſti nationis formalis, quæ ſunt gratia, & gloria.

Et pro declaratione notandum eſt, prædeſtinatio nem ſumi quadrifariam. Vno modo actiue, & eſt dei uoluntas de ſaluandis adultis cum debitis mediis, & eius in ſe, non eſt cauſa, quum ſit Dei eſſentia.

Secundo ſumitur modo paſſiue, pro creatura prę deſtinata, & ad ſalutem uolita. Tertio ſumitur pro prędeſtinatione formali, qua.ſ. prædeſtinatur homo, & ordinatur ad ſalutem, & hæc tribus modis contē-platur. Vno modo, quo formalis prędeſtinatio eſt di ſpoſitiua ad ſalutem. Iſto modo uocatio, Dei inſpira-tio, uerbum æternum, flagella, promiſſiones, & cæte ra huiuſmodi, ſunt prędeſtinatio diſpoſitiua ſuoꝝ ele ctorum, quibus omnia cooperantur in bonū. Secun do modo, quo cōgrue diſponitur homo prædeſtina

tus ad ſalutem, uti gratia gratis data, uſus bonus liberi arbitrii, rectũ dictamen rationis. Tertio modo, quo condigne, ex pacto Dei, ordinatur ad gloriam, & talis prædeſtinatio formalis eſt fides, quæ per dilectionem operatur. Quarto ſumitur prædeſtinatio totaliter, ut ſcilicet concludit, actiuam, paſſiuã, & formalem, & iſto modo diffinita eſt in ſecũdo cap. huius libri, uide ibi & iſto modo optime dicunt aliqui neoterici, cuncta bona contineri ſub prædeſtinatione, quia uoluntas, & diuina præcognitio de ſaluãdis, auxilia dei, libertas, eius uſus bonus, gratia, fides, & gloria continentur. Nam meritorius libertatis uſus gloria dignus, ex fide integra gignitur, qua Abraham iuſtificatus eſt. hæc enim eſt legis obſeruatio, quæ proprie ſpiritu ſancto impellente, hilari corde. propenſa uoluntate, ardenti affectu fit. Hęc ſola fides iuſtificat, & ſola legẽ implet. hæc cor nouat, exhilarat, excitat, & inflam̃at in Ieſu Chriſti merito. hæc omnem infuſam uirtutem amplectitur. Nõ autem iuſtificatus eſt operibus legis naturæ. i. operibus ſine gratiæ ſpiritu, cum uiribus. ſ. tãtummodo liberi arbitrii, quoniã ſine diuino ſpiritu, manet ſemp in corde ſeruilis metus, & acerbiſſimum legis odiũ, ex Adamo uetere ad malum prono, ab adoleſcentia. Ideo forte ita intellexit Apoſtolus, in fide, dum inquit. Hominem iuſtificari, & non operibus legis.

De hac integerrima fide Ioannes euangeliſta dicit. In hoc ſcimus quoniam cognoſcimus Deum. Si mandata eius ſeruamus, quoniam fides recta in adul

44

ro per dilectionem operatur. Opera nanq; non iuſtificant, quę ſolis noſtris uiribus, cum generali influxu agit homo, ſpiritus eſt qui iuſtificat, & qs eſt qui cõdẽnet? Fides uero, eſt tantũmodo chriſtianorum, & eſt formalis iuſtificatio & iuſtitia perfecta. hæc eſt habitus infuſus, quo reſpicitur ad Abel, ut poſtir odũ reſpiciatur ad opera eius. Actus fidei gratus, fidei ſ. infuſæ ſiue condignũ meritis fit a nobis impellẽte ſpiritu, fides nuda ad iuſtificationẽ diſponit. Opera moraliter bona, uel timore Dei ſeruili facta iuſtificationẽ congrue merentur. Opera in fide perfecta, iuſtitiã augent perfectã. De qua iuſtitia inquit Abacuch propheta. Iuſtus autẽ meus ex fide uiuet. Dei uocatio, externum uerbum, flagella, beneficia, ad iuſtificationem diſponunt.

Hæc fides affectuoſa, in charitate eſt, & ex ea lex impletur ſæpe abſq; opere externo. Hæc fides dicitũ charitas uel eam includit, quum baptiſmũ fidei ſacramentum appellamus, ſine qua, nemo poteſt placere Deo. Qua fide ſacramentali in paruulo baptizato, nullus gignitur credendorum aſſenſus, & nulla ſacrarum ueritatum actualis aſſertio.

Aſſenſum fidei acquiſitæ, qua uerbo aſſentimus ſcripturę, uerbũ dei efficit p̃dicatũ (dicẽte ap̃lo) qũo credẽt ſine p̃dicãte. Accedẽte tñ libera credẽtis libertate, & pia affectione, cũ Dei ope. Nulla alia quippe uia acqſita fides haberi poterit. Demõſtratione. n. nõ gignitur fides, quũ demonſtratio ſcientiam gignat, & certitudinem, cum naturali euidentia. Naturalis eui

dentia ea eſt, quæ ex principiis ex ſe notis in animo, ita figitur, ut cogatur intellectus, ita aſſentire, ut ad diſſentiendum non ſit liber, aut ex extremis ueritatis intuitiue notis. Non talis eſt fidei certitudo, ſed uoluntaria, nec talis eſt moralis euidentia, quæ tantummodo habetur, quum à ſapientibus intenſa probabilitas poſſidetur. Non topica ratione, quæ concluſioni certitudinem non facit. Spiritus autẽ ſanctus, cũ libertate, animum firmat credentis in ueritatibus bibliacis, & eccleſiæ, quæ in die Penthecoſtes, ſpiritum etiã in ſuccedentibus membris corporis Chriſti accepit, ita, ut iam in ſpe certa teneat promiſſa diuina; neq; ſola Dei gratia fides acquiſita infunditur. Pueri baptizati aut Turcæ adulti, eam non habent. Habent tamen pueri infuſam fidem ex gratia, quum nulli bibliacæ ueritati aſſentiant. Neq; eam ſolus Deus regulariter facit. Alioquin perperam infidelibus infidelitas imputaretur, eam, ſi ſola Dei efficientia habere poſſet. Neq; credentis ſola uoluntas eam impetrat, q̃a imaginari licet poſſimus abſq; motiuo, non tamẽ opinari abſq; motiuo poſſumus (ut inquit philoſophus).

Eſt autem pia affectio, actus uoluntatis pietati, ſiue religioni, ſiue latriæ conformis, uel ſecundum habitus religionis inclinationem elicitus, quo id uolumus quod religioni cõſentaneum eſt, & contẽnimus omne religioni aduerſum. Religio uero habitus eſt, quo eum habẽs ad opera fit promptus & procliuis, quæ ad Dei cultum, & honorem ordinantur.

Pia igitur uoluntas nedum in ueritatibus theologicis ſophiſmata attēdit, ſed ab eis ſecludit ſophiſmata. Hic ſi quis prædicet Chriſtum eſſe Deum, & in atteſtatione ſermones dicat claudo, ſurge, tolle lectũ tuum, & ambula. Eſto ambulet is, qui prius claudicabat auditor piæ affectionis non conſiderabit erectionem claudi, artibus magicis effectam eſſe, ſed diuinę attribuet poteſtati, & non magiæ.

Pia uoluntas, eſt uoluntas amans Deum, & in eũ credens & ſperans, quæ quandoq; amat, naturali tantum amore Deũ præ omnibus, uti fuit uolũtas Cornelii coriarii, quam tamen ſimul tempore concomitatur charitas.

Amor inclinat amantem, & trahit ad ea frequentius contemplanda, loquenda, & pertractanda, quæ amat, impellitq; his aſſentire dictis, quibus afficitur. Sint duo, qui referentem audiant Regem Galliæ ſuperaſſe in bello Enetos, Enetorum oſor aſſentiet referenti, affectus uero Enetis diſſentiet.

Quod propterea uoluntas in cauſa ſit actualis fidei aſſenſus eo, liquet, qđ Deus ad id, quod uires noſtras ſuperat nos non obligaret. Obligat autem nos ad credendum. Liberum ergo eſt, nos credere. Propterea inquit Auguſtinus. Intrare eccleſiam poteſt quis nolens, credere autem non niſi uolens. Idem de ſpiritu, & litera. ad Marcellũ dicit. Credere eſt aſſentire id uerum eſſe, quod dicitur. Aſſertio eſt uoluntatis perfectio, ergo, fides, noſtra eſt in facultate. Accedit etiam piæ uoluntati motiuum in intellectu, illud

ſiue ſit ratio thopica, ſiue ſcripturæ auctoritas lecta, uel prędicata. Ideo Paulus dicit. Quomodo credēt ſine prædicāte, quomodo prædicabunt, niſi mittant, & iterum fides eſt ex auditu, auditus autem per uerbum Chriſti prędicatum, uel lectum.

Aduertendum tamen eſt, hominem non ſic in poteſtate habere fidem, ut cuilibet complexo poſſit ſuis uiribus aſſentire naturalibus. Huic enim complexo, eſſentia ſimplex eſt tres perſonę, poteſt quidem uelle poſſe aſſentire, quoniam multa uolumus poſſe, quæ nullatenus poſſumus, uti uolare, montem ferre, omnia præuidere, nunquàm indigere, omnia pro libito habere. At ex puris naturalibus poteſt ſe homo diſponere ad credendum, non apponendo ſpiritui ſancto offendiculum pertinaciter. Iacienti enim, quod in ſe eſt, Deus habitum gratiæ gratuito infundit, ut cuilibet chriſtianæ ueritati aſſentire queat. hæc eſt mens Auguſtini.

Ob hoc nō credere fidei ueritatibus, culpa eſt hominis, non Dei nō elargiētis fidem, eo qui ea nō agat homo, quæ uiribus naturæ agere ualet, ut fidē ab eo ſuſcipiat, ad quam homo ſe habet in potentia naturali. Et ſi inter infideles natus, & nutritus homo eſſet, flammis, uel baptiſmo purgaretur, aut uerbis Theologicis ſaluti eius neceſſariis à Deo inſtrueretur.

Inſtabit importunus cauillator, Deum non prædeſtinaſſe aliquos ex bonorum æterna proui-

ſione operum, quoniam Auguſtinus de uerbo ſupra citato ſe retractauit in libro octuaginta quęſtionum ubi dicit cap.xxvi. Si ob merita Iacob electus eſſet, non ex gratia eius fuiſſet electio. Sed notet cauillator Auguſtinum. eo in loco tãtum prætendiſſe Iacob non fuiſſe electum ex operibus uitæ æternæ condignis, ſiue meritoriis, quum ea ſint prædeſtinationis effectus prius, ſed bene operibus congrue dignis meritoriis præuiſis, De hoc tamen in ſecundo & tertio libro clarius dicemus.

Et ſi quis diuinæ paginæ, ſanctorumq; oracula diligentius inſpexerit, omnia proculdubio ſonare uidebit, Beatitudinem à Deo exhiberi, adultis hominibus propter illorum opera. Dominus dicit Mathæ. xii. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Eccleſiaſtes decimoquinto Capi. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui, adiecit mandata & præcepta ſua, ſi uolueris præcepta ſeruare conſeruabunt te. Appoſuit tibi aquam; & ignem, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem uita, & mors bonum, & malum, & cuncta, quæ ad capitis finem uſq;, libertatem hominis prædicant, quam ſententiam Luther perperam interpretari conatur.

Et quãuis cuncti eccleſiæ patres, libertatem contingẽtiæ in nobis eſſe dicãt, id tamẽ præ oibus patrũ dictis, beati Auguſtini in Enchyridio libro afferam

dictum, ubi ita ſcribit. Sic factus eſt homo rectus, ut manere in ea rectitudine poſſet, non ſine diuino adiutorio, & ſuo peruerſus arbitrio utrũq; horum elegiſſet, uolũtas Dei fieret, uel ab illo, uel de illo. Sic nãq; oportebat hominẽ fieri, ut & bene poſſet, & male, ut idem in libro de correctione, & gratia. Si adiutoriũ Dei, uel angelo, uel quum primum facti ſunt, defuiſſet, quoniam nou talis natura facta eſt, ut ſine diuino auxilio poſſet manere. Si uellet, non utiq; ſua culpa cecidiſſet, defuiſſet quippe adiutorium, ſine quo manere non poſſet, dederat igitur homini bonam uolũtatem. In illa quippe eũ fecerat rectũ, dederat adiutorinm, ſiue quo non poſſet in illa manere ſi uellet; & per quod poſſet in eodem acceperat poſſe, ſi uellet, ſed nõ habuit uelle, quo poſſet, nam ſi habuiſſet, perſeueraſſet. En beati doctoris uerbis, Luce clariꝰ oſtenditur. Deũ ad libera hominũ opera cooperari, ut & nos quoq; eius cooperatores ſimus. Auguſt. quoq; libro de bono perſeuerantia ait. Si qui nondum prædeſtinati ſunt, pro eis ut nocẽtur, oremus, fortaſſis ſic prædeſtinati ſunt, ut noſtris precibus præcedantur. Idem dicit, ſi Stephanus prothomartyr non oraſſet, eccleſia Paulum non haberet. Iacob orauit pro Rebeca ut concederet ei dominus fœtum, & dominus dedit conceptum Rebecæ. Petrus. ii. epiſtola. cap. i. Satagite inquit, ut per bona opera certam ueſtram uocationẽ faciatis. Et licet dicat ſcriptura. Perditio tua Iſrael ex te eſt, tantummodo ex me eſt auxilium tuum, & loquitur ꝓpheta, de Iudęis petentibus Re

gem, non tamen libertatem excludit, at ſalutis primã cauſam ſignat, & magis influentem ad opera merito ria, uti & calore ſolis primo excitatur terra & radix ad fructum. Mali autem operis, quo malum eſt, ho mo eſt cauſa priuatiua, non uidelicet, id faciens, quod facere deberet, & multa de hoc afferuntur exempla, uti qui homo nihil comedens nil agat, & non come dendo nihil fit, quia fit nõ homo. Arbor, quam pater familias ſuccidi iuſſit fructum non egit, & nil produ cendo egit, ut à patrefamilias ſucciderer, & poſt ſter cora correctionum eccleſiæ prælatorum radicibus cordis admota incorrigibilis, ſiue in fructuoſa reman ſit. Ficulneã in qua ſeruator famellicus fructus quæſi uit, ſterilem maledixit, quæ tamen, ut malediceretur nil egit, qui ſi quippiam egiſſet, domini maledictione non ſiccaretur.

Agenda itaq; ſunt á nobis iuſtitiæ opera, & bonũ facientes non deſiſtamus, tẽpore enim ſuo metemus. Vt igitur aduerſantia hæreticorũ tela nitemus, qui bonorum ſtudium operum euertere moliuntur, pro ſolutione primo libro dubitatorum, ſequenti libello ea, quæ prædeſtinationis termino conuoluuntur, de clarabuntur.

LIBER PRIMVS EXPLICIT.

SIGNORVM EQVICORVM IN omni diſſertione prius diſtinctio fieri debet ante reſponſionem obiectorum.

LIBER SECVNDVS.

OMNIVM FERE DISPVtationum cauſam, uel magis cõtrouerſiam, & optatę ueritatis inuentionem; ex diuerſo nominum uſu originem trahere, liquido dignoſcitur. Dum unus ex placito ad unum aliquod, uel plura contenta, ad aliud uero alter, uel ad alia ſignificata referat ſignũ. Differentium igitur caterua, quo omnem pellat quęſitæ ueritatis ambiguitatem, nodoſaſq; exoluat quæſtionum difficultates. Primo ob oculos mentis diligentius ſtatuere debebit, ut nominum ſignificantiam & uſum exactius inquirendo prænoſcat. Equiuocorum multiplicitates aduertat, amplexetur uniuoca & ꝓpria rerum placita ſigna, quatenus eius de quo quæritur, exactam præbere poſſit ſentẽtiam. Quare quum his contingat nominibus in quæſitorum ſolutionibus ſæpius, uti, ueluti Dei ſcientia, præſcientia, prouidentia, prædeſtinatio, obduratio, approbatio, reprobatio, contingentia, libertas, bonum opus, cauſa, gratia, id, quo deniq; differant quippiam immutabiliter, certoq; euenire, uel euenturum, aut etiã eueniſſe, & quid neceſſario, quid neceſſitas conſequẽtiæ, & quid conſequentis. Iccirco, ut horum ſignificãtias,

& uſum patefaciam, operæpretium erit. demum nobis libro primo obiecta, quæ ſoluta non ſunt, & uertati tertio libro diſſoluemus, & in quarto quædã ſoluenda dubia annotabimus.

Quid ſignificent hæc nomina. Dei ſcientia, Præſcientia, Approbatio. Reprobatio, Prouidentia, atque Dei iudicium. ſiue notitia Dei iudiciaria.

Cap. II.

STATVAMVS INITIO & unã, & multimodam eſſe Dei ſcientiam, unam quidem infinitam, immortalem, & incomprehenſibilem, quæ Deus eſt, ſolo cuncta luſtrans intuitu, eſt aũt multiplex, quo multa habet nomina, ex obiectis cognitis eandem infinitam, quæ Deus eſt, ſcientiam terminantibus. Nam nominatur ſempiternus Deus ſcientia ſimplex (ut ſcolaſtici aſſerunt,) & ſimplicis intelligentiæ, & ſcientia uiſionis, ſiue uiſio, & cognitio iudiciaria, & præſciẽtia, approbatio, reprobatio, prouidentia &c.

Quo eſt enim rerum omnium, quæ fuerunt, ſunt, & erunt, & poſſibilium ueritatum, & impoſſibilium complexorum, & falſitatum uerus, & certus intuitus, dicitur ſcientia ſimplicis intelligentiæ. quo uidet cuncta, quæ fuerunt, ſunt, & erunt, dicitur uiſio diuina, ſiue uiſionis ſcientia. Quo ueras complexas proſpicit ueritates, iudicium eſt, uel ſcientia iudiciaria. De futuris præſcientia eſt, de his,

quæ benefacta placét, approbatio, de peccatis, & peccatoribus reprobatio eſſe fertur. hinc Mathæi. xxv. fatuis inquit uirginibus. Neſcio uos, hoc dictum eſt uos, & ueſtra, non approbo opera. Abacub cap. i. Mundi ſunt oculi tui ne uideāt malum, & ad iniquitatem reſpicere non poteris. Reprobatio diuina eſt eius notitia euidens, cum deſtatione cogniti.

Nec ſcientiæ iſtæ, quæ unam, eademq; ſcientiam ſupponunt ullo modo ſe ſuperant. Scientia ſimplex maior uiſione non eſt, nec iudicio, aut præſcientia approbatione, reprobatione ue, licet ſimplex Dei intelligentia eo, quo ſignum noſtrum eſt, plura ſignificet obiecta, ſcientiam, quæ Deus eſt, terminantia uiſio, iudicium, præſcientia, approbatio, & reprobatio, ratione ſignificati pro quo ſupponunt cōuertibilia ſint ſigna. Quo uero diuerſa conſignant, ſunt uel diſperati termini pertinentes (ut ferunt logici) uel diſperati impertinentes, ideo ſi nulla eſſet creatura, iſta nomina non ſignificarent Deum. Hinc ſuper optimus Deus, qui antichriſti, & Adæ eſt uiſio, nunquàm chymeræ, & hircocerui dicetur intuitus, quorum tamé dicit, uti poſſibiliū eſſe, apprehenſio ſimplex.

Viſio Dei etiam plura conſignat quàm diuinum iudicium, quod quidem in approbationem ſeccatur, & reprobationem. Approbatione reſpexit Dn̄s ad Abel, & ad munera eius ad Cain non reſpexit, nec ad uirgines lampades ferentes, oleo uacuas, quibus in futuro dicet iudicio. Non noui uos.

Prouidētia eſt eorum diuina notio, quæ in finem

cuiq; rei ſua ex natura debitum, cuncta ab eo creatā uult dirigere, illa ſiue ſint pñtia ſiue futura, illa ſiue medio aliquo, ſiue abſq; medio dirigere uelit.

Prouidentiæ itaq; nomen, & Dei uiſionem in ſe cōtinet creaturarum practicam, quę in aliqua temporis ſunt differentia, & diſpoſitioné. Summi ipſius dei prouidentia nō eſt, qui omnium finis, & non ad finē eſt, ideo aliorū ꝓuidētia, & diſpoſitio extat omnium.

Ex præfatis liquet, qui ſi Deum ſcientiā uocemus iudiciariam quia ueritates complexas noſcit, Deum unico intuitu, qui eſt ipſę, cuncta proſpicientē, quandoq; tu neſcire, quæ nunc ſcit, & quandoq; ſcire, quæ nunc neſcit fatemur, nec tamē plura poſſe ſcire, q̄ ea, quæ ſcit, quia ꝓpoſitio nunc falſa, rei mutatione, erit uera, & nunc uera, eiuſdem rei mutatione falſa erit, non tamen plura ſcit, quàm ſcire poteſt, eo ꝙ cōtradictionis ſit ſemper altera pars uera, & altera falſa, & quot fiūt ex falſis ueræ, etiam tot fiunt de ueris falſæ.

Deum itaq; omni ſcientem, modo ſcire, modo neſcire, rerum inconſtantia contingit, & de propoſitionum ſubiectis, oppoſita dicuntur uiciſſim prædicata, ex ſignificatorum ab eis incōſtantia, & nō propoſitionis. Exempli cauſa ſi Socrates uiciſſim ſedeat, & non ſedeat. hæc enūciatio Socrates ſedet, modo falſitas, modo ueritas erit,

Aliquando enunciatio ſola temporis mutatione, re ipſa immutata modo uera, modo falſa eſt, uti ſi iudicis decreto mutato, quiſpiam prius damnatus, poſtmodum nō damnatus dicatur, itidem ſolo temporis

Fortuiti,& caſuales effectus, fortunæ, & caſus, quæ ſunt cauſæ ſecundæ per accidens, non ſunt fortuiti nec caſuales,quatenus ſunt à cauſa prima determinate dirigente caſum,& fortunam. Mala quoq; diuinam non effugiunt prouidentiam,& ſapientiã, ſed tantummodo diuinam cauſalitatem. Prohibent quidem,& ad pœnas male acta ordinãtur. Simili modo etiam contingentia ad utrumlibet, quæ licet ſecũdarum cauſarum intuitu indifferentia ſint, reſpectu tamen ſuper benedicta Trinitatis cauſas impeditiuas, ac impedimenta poſſibilia cognoſcentis, determinate præuidet, & ad determinatos ordinat fines.

Prædeſtinatio autem tantum rationalis creaturæ, præuiſio iudiciaria eſt, atq; finis,& mediorũ ad finem eius æterna uoluntas, qua creatura beatitudinis capax,ad uitam ducatur æternam.

Significat enim nobis hoc nomen prædeſtinatio, Deum aliquem æternaliter prænoſcere, ꝙ ſua tandem bene utetur libertate, & has enunciationes eſſe ueras. Socrates bene operabitur. Socrati dabit charitatem,ut adultus mereatur. Socratem beabit, Socrate propoſuit æternaliter Deus ſe daturum uitam æternam.

Sancti prædeſtinationis nomen, pro æterno Dei propoſito utuntur. quo hominem ad finẽ uires eius excedentem præordinauit. ideo prędeſtinatio non ſignat actum ſecundum in Deo, ſed tantummodo Deum contingenter uolentem prædeſtinato uitam

concedere beatam, quoniam ſua intellectio, & uolũtas Deus eſt. Si uero prędeſtinatio acciperetur pro ęterno propoſito, quod de creaturis, quæ fieri temporaliter debent, & ad quem finem erant ab eo dirigendę, tunc quęlibet creatura rationis expers prędeſtinata eſſet, quod ſanctis abſurdum eſt.

Ex prębabitis liquet nomina Dei ſubſtantiam ſignificantia, diuerſis conſignificatis, de ſeipſis ſępe negari. Nam dicitur Deus quorũdam pręſcientia quorum nõ eſt pdeſtinatio, nec operũ creaturę malorum iudiciũ eſt approbatiuum ſed reprobatiuum.

Peccatorum patrandorum Deus ęterna eſt pręuiſio, & pari modo Antichriſti. Quorum Deus non eſt notitia, aut uoluntas approbatiua.

Quęret quiſpiam. An de peccatis ſit Deo prouidentia, quum prouidentia Dei uiſionem contineat, quę de rebus eſt, & uoluntatem. Peccatum aũt quo ad formale non eſt res, pręterea non uult peccata, ergo eis non prouidet. Ad hęc dico, Deum nõ eſſe malorum culpę cauſam effectiuam, ſed permiſſiuam & ordinatiuam, dum ea non uult prohibere, & ab aliis inobedientię peccata, uel obedientię non factę ordinare, & ex eis bonũ iuſtitię elicere. Deus autem, qui hominem facit, non eum facit mandatorum ſuorum contemptorem quorum contemptu dicitur homo, peccatum, culpa, & peccator, & ex Dei ſpreta uoluntate, quæ ſignum dicitur, dum uult Deus hominem punire, & æternis ordinare pœnis reatus appellatur.

Quandoq; uoluntatis peruerſus actus, legi Dei

difformis

difformis ad quem producendum iuuat Deus hominem bene licet eum comproducat homo perperam. Veluti ſi eundem nauis tractum, unus bene, alter male faciat, eo ꝙ uni rectæ præcipiat̃, & alteri iuſta ex cauſa uetetur peccatum dicitur. Eo pari modo actũ meritorium comproducunt Deus & homo, & homo meret̃, & non Deus. notitia pariter, & uoluntas actũ peccati comproducunt, & uoluntas perperam operatur, & non cognitio.

Ommiſſio rectitudinis ratio eſt, qua bonus naturæ actus peccatũ ſit. Et ſi peccatũ dicatur, nedum actus, ſed & homo, qui actũ fecit uetitum, uel præceptũ ommiſſit. homo, qui præcepta non ſeruauit, p̄ceptorum Dei dicetur ommiſſio, & culpa. eo ꝙ illo non ſit operatus modo, quo Dei lege homo tenetur, ſi præparato Deo ad opus faciendum, preſtò eſſet homo, ut id ſeruaret, quod Dei tenetur mãdatis ſeruare.

Deus licet non faciat rectitudinẽ in hominis actũ peruerſo, licet naturali, quam poſſet facere, non peccat. Homo uero eam non faciens cum Deo præparato ad illam comproducendam, peccat, & delinquit. quoniam ad illam comproducendam cooperari tenetur, quũ itaq; cooperari ommittat, ut rectus fiat actus, homo ommiſſio dicitur actiua, ideſt ommittẽs. Quo fit, ut Deus mandatorum ſuorum ommiſſionẽ, & culpam, pœnam uelit merito luere æternam, quæ pœna eſt Dei rectiſſimum uolitum.

Culpas itaq;, & reatus, quos, & quas prouidentia non facit diuina, uult bene de eis iudicando, æternis

punire ſuppliciis. harum dominus ultor, & reprobator eſt culparum. dum hominum iniquorum noſcit facinora, pro quibus iuſta ab ipſo facinoroſis infligitur, infligiturq; damnatio.

De enunciationibus, quæ fiunt cum his verbis, & eorum Participiis, Præſcio, prædeſtino, præſcitus, Prædeſtinatus. Cap. IIII.

COMPLEXIONES VERAE uocales, quæ in materia hac fiũt cum his uerbis pręſcio, prædeſtino, & eorũ participiis, præſcitus, prædeſtinatus, uerificãtur pro re futura, licet pręſentis ſint temporis, aut præteriti uerbi, ueluti hæc propoſitio Antichriſtus eſt futurus, aut pſcitus, aut prędeſtinatus, hæc enim ſignat Antichriſtum fore, & dãnatum, uel ſaluatum iri.

Enunciationes contingẽtes, & ueræ, de uerbo pręſentis tẽporis, nulla de uerbo præteriti temporis habent omnino neceſſariam, ſed ſecundum quid, ideſt ſecundum tẽpus, quia licet non poſſit hactenus eſſe falſa. potuit tñ fuiſſe falſa. Ita quoq; ſi ſunt de uerbo pteriti tpis, nullã hñt de pñti neceſſariã. Exẽplũ primi. Cęſar eſt. Exẽplum ſecũdi. Fuit Adã. Hæ pariter ſunt cõtingẽtes ſecundum qd. Cæſar fuit, & Adã eſt. Adã fuit pdeſtinatus, & Antichriſtus fuit futurus.

Si quis dixerit. Res dum eſt, neceſſe eſt eſſe, ergo hæc. Cæſar eſt. eo exiſtente, neceſſario erit, & non cõtingenter. & propoſitio erit neceſſaria. Ad hæc dico, philoſophi mentem fuiſſe, ꝙ ſi per antecedens aſſera

tur, ꝙ quippiam contingenter eſt, ex neceſſitate illa-tionis, ſiue conſequẽtiæ inferatur eſſe actu, quoniam ab eodem ad idẽ conſequentia ſit formalis de forma. Nam ſi Cæſar actu ſit, Cæſarem eſſe neceſſario infer-tur, licèt Cæſarem eſſe cõtingat uere, & ĩmutabiliter. Vel eſt una propoſitio modalis cõpoſita de dicto, habens unã ꝓpoſitionẽ cõditionalẽ æquiualentẽ huic. hæc propoſitio eſt neceſſaria. Omne q̄d eſt, (Si eſt.) & ita uera eſt. Hæc pari modo immutabiliter eſt uera. Deus præſciuit Antichriſtũ futurum in fine ſæculorum, licet Antichriſtus contingenter erit. Omne enim neceſſario uerum, eſt immutabiliter uerum, & non conuertitur propoſitio. Antichriſtum fuiſſe futurum, fuit ab ęterno immutabiliter uerum, & nõ neceſſario. Quo fit, ut non recte inferatur. Antichriſtũ præuidit Deus ante ſæcula, dãnandũ eſſe, ergo non poteſt fieri, quominus damnetur, aut non erit imputandum Antichriſto, ſi damnetur.

Præſcientia Dei rebus præſcitis non imponit neceſſitatem. Quas tales præuidet, quales, & qualiter ſunt futuræ, ſed res, quę contingenter futurę ſunt, & propoſitiones de uerbo futuri temporis, aut de uerbo præſentis temporis, pendentis à futuro, ſunt cauſę illatiuæ, ꝙ Deus præuiderit. Exemplum primi. Antichriſtus erit. ergo Deus eum præuouit, & præ-noſcit futurum eſſe. Exemplum ſecundi. Antichri-ſtus eſt, uel erit futurus. ergo præſciuit Deus eum eſſe, uel fore. Ideo in facultate eſt creaturæ rationalis, ac libere, & contingenter operantis, quòd

Deus fuerit æternus aſſenſor ſuæ operationis futuræ, & contingentis. Hinc fit, ut reuelationes diuinæ de contingentibus ſint certiſſimæ, uti illa Petro ap̄lo, à Domino facta reuelatio. Anteq̄ gallus bis cantet, ter me negabis. Nec tamen Petrus ex Chriſti reuelatione, aut præſcientia Dominum Ieſum negauit, aut à peccato fuit excuſatus. At qm̄ Chriſtū ſponte ſuâ negaturus erat. Ideo Chriſtus hoc prȩnouerat.

Aliqua contingens enunciatio, nunquam erit falſa, quæ tamen poteſt eſſe falſa, & aliqua nunquam erit vera, quæ tamen poteſt eſſe vera. Cap. V.

EST PROPOSITIO CONtingens, quæ nunq̄ erit falſa. Et falſa, quæ nunq̄ erit uera. Potentia tamē logica. Propoſitio ſemꝑ uera, poſſet fuiſſe falſa, & ſemper falſa, poſſet eſſe uera, & ſemper fuiſſe uera. Exemplum de his Adā fuit, & Antichriſtus non erit, ſuppono Adamū initio tēporis factum fuiſſe, & Antichriſtum ad eiuſdem finē duraturum. Hinc Deus contradictoriorum utrunq; ſcire poteſt uiciſſim uerum eſſe & non ſimul ambo. Aliquod etiam iudiciarie à Deo ſcire poteſt, qđ nunquam ab eo ſcietur, uti hæc propoſitio, Antichriſtus nō erit, & propoſitio, quæ ab ȩterno fuit uera, potuit æternaliter eſſe falſa. Poteſt etiam homo facere. ut quod nunc ſcitur, & præſcitur à Deo, in poſterum ab eo neſciatur, ut hactenus nunquam à Deo fuerit præuiſum uti ſuperiori capite aſſertum

eſt, & quod neſcitur, ſciatur. Et id, quod nunquã ſcitum eſt à Deo. Exempli cauſa. Eſto Raphael legat. Hæc ſcitur uera eſſe. Raphael legit, ceſſet à lectione illa. Illa eadem neſcitur à Deo. ſ. Raphael legit, ſed ſcitur eſſe falſa, & Raphael non legit, ſcitur eſſe uera. Iſta quoq;. Raphael fuit lecturus, qui tamen poteſt nunquam legere, aut legiſſe fuit æternaliter uera, & potuiſſet eſſe falſa. Similiter ſequitur q instans fuit, quod nunquam poteſt non fuiſſe potentia reali, & tamen non eſt eius neceſſaria tranſitio in futuꝝ, quoad potentiam logicam, quæ non attendit ad repugnantiam terminorum. Et aliquod factũ eſt, quod poteſt non eſſe factum, & quiſpiam de eo eſt certus, de quo poteſt non eſſe certus. Ita diuina natura, quæ creaturarum eſt contingens ſignum repræſentatiuum creaturis beatis, poteſt ſucceſſiue repræſentare oppoſita contradictorie, quorum tamen alterum ab æterno ſtatum repræſentauit, & iudiciarie nouit eſſe uerum, uti hæc. Antichriſtus erit, & alterum nunquam repræſentabit, hoc uidelicet. Antichriſtus non erit.

Ex his patet, primo, q propoſitio, cuius ueritas pẽdet à futuro contingenti eſt contingens, uti hæc. Antichriſtus eſt futurus. Secundo q licet ſcientia Dei, quæ Deus eſt ſciens, ſit ens independens. ueritas tñ propoſitionis, uel quæ eſt propoſitio, ſcientiam Dei ſignificans, à creatura pendet.

Tertio q ſcientia Dei ſit res neceſſaria, quæ ueritates contingentis noſcit contingenter. Quo fit, ut de propoſitionibus contingentibus de uerbo futuri tẽ

poris,immutabiliter ueris,nutu Dei certitudo haberi poſſit,& à nobis Deo reuelante, & nō proprie ſciētia.Certitudo immobilitatem rei contingentis reſpicit.Scientia uero immobilitatem,neceſſitatē,& euidentiam.Hæc propoſitio contingens,Deus prędeſtinat Petrum, cōſignificat Deum immutabiliter iſtas prænouiſſe ueritates.Petrus ultro tandem bene operabitur,Deus dabit Petro gratiam,& gloriam.Opera nihilominus Petri,Gratia,& Gloria,res ſunt contingentes.

Prædeſtinatio igitur,præſcia,prędeſtinare,& pręſcire termini ſunt.Contingenter & contingētia ſignificātes,& pro neceſſaria ſupponētes quæ Deus eſt.

Obijcit Auctor,& ſoluit cauillos,qui ſunt contra prædicta. Cap. VI.

SI PRAESCIENTIA, ET Prædeſtinatio eſt Deus, qui non eſt res contingens,nec contingenti uolūtate operans,non prædeſtinabit deus contingenter. Nam contingens duplex eſt Res.ſ. & propoſitio.Propoſitio contingens, alia eſt de re cōtingenti.ut hæc.Socrates currit.Alia eſt de modo tātum,ut iſta,Deum eſſe eſt contingēs. Tertia eſt de re,& modo, uti iſta, Sor contingenter currit.Hic loquor de re contingenti,& non de propoſitione contingenti,nec de hoc ſichathegoremate, quod dicitur contingens.Propoſitio contingens de re ſignificata,ea eſt, quæ uiciſſim poteſt eſſe uera, &

falſa. Propoſitio uero de modo tantum contingenti, ea eſt, in qua hoc nomen, contingens, ponitur, propoſitionem modificans. quæ tamen poteſt eſſe propoſitio neceſſaria, impoſſibilis, & contingens. Exemplum primi. Creaturam eſſe, non eſt contingens. Exēplum ſecundi. Contingit Deum non eſſe. Exemplū tertii. Contingit hominem non eſſe. eſt enim hęc contingens propoſitio de modo & de re. Res realis contingens ſic eſt, quod poteſt non eſſe, fuiſſe, aut fore, quum ergo Deus ita ſit, quod non potuit poteſt, aut poterit non eſſe, non erit res contingens. Ita quoque nec eius præſcientia, & prædeſtinatio, nec præſciet, aut prædeſtinabit contingenter.

Ad hæc dicimus, ꝙ licet Dei ſciētia, & p̄ſcientia ſit neceſſario ſciētia, & p̄ſciētia non tamen eſt neceſſario ſcientia, & præſcientia alicuius enūciationis contingētis. Verbi cauſa iſtius. Raphael cōtemplat᷑. primum ita patet. Quoniā Dei ſciētia, & p̄ſcientia, quã Deus ſcit, & præſcit, & eſt ipſe Deus. Secūdū patet, q̄a ſicut cōtingēter eſt, Raphaelē eſſe ita cōtingenter cōtēplat᷑, & cōtingēter à Deo ſcit᷑, & præſcit᷑. Secundū ꝓbat᷑, q̄a ſcīa Dei, quę iudiciaria dr̄, & quæ nō dr̄ ſimplex, aut uiſio, ſcit cōtigēter hāc ꝓpōnē Raphael cōtēplatur, dū contēplor, & eā neſcit, dū nō cōtēplor & p̄ſcit hanc contingēter, Raphael ſaluabit᷑ ſi ſaluabor. Q d᷑ ſi non oppoſitam nouit contingenter.

Quu ergo Deus poſſit nō eſſe ſciētia iudiciaria, iſtius ꝓpoſitionis. Raphael contemplatur, uti ex q̄nto cap. patuit, Deus contingens erit p̄dictæ ꝓpōnis

ſcientia, & illius, Raphael ſaluabitur, contingẽs præſcientia erit, quemadmodum & contingenter contẽplor, & ſaluabor.

Supra nãq; retulimus. Nominum, quæ mentalibus notitiis ſubordinantur conſignificationes efficere, ut etſi idem ſignificent & pro eodem ſupponant ſignificato. de ſeipſis tamen uere negãtur. Hoc claret, quia Deus, qui neceſſaria eſt ſciẽtia ſimplex, & uiſio, eſt contingens iudicium reſpectu complexorum uerorum. Ita quoq; præſcientia Dei non eſt formaliter prædeſtinatio & tamen ambo termini pro eodẽ ſupponunt, quia duorum alter tãtum, Dei uoluntatem conſignificat diuinam de ſaluandis. Peccatorũ Deus eſt prænotio, & nõ prædeſtinatio. Quorũcũq; tamẽ eſt prædeſtinatio, eſt etiam prænotio.

Signa igitur hæc obiectorum cõtingentium. Deũ neceſſariũ ens ſupponunt. Hęc ſimilia in creatis contingere perſpicimus in ſolis luminoſi ſubſtantia calefactiua, & ſiccatiua, cuius non eſt idem opus callere, & ſiccare, ſicuti nec calor, & ſiccitas idem ſunt, licet ſit idem ſiccans & calens.

Spiritus parimodo humanus, ex diuerſis operibus, quæ poteſt facere, diuerſa ſortitur nomina. nam dicitur anima. Intellectus, Ratio ſuperior, Ratio inferior, Libertas. Intellectus ſpeculatiu⁹. Intellectus practicus. Ingenium. Syndereſis. Conſcientia. & ſecundum aliquos, Scrupulus appellatur. Eſt intellectus practicus, dum á ſe operabilia agibilia, & factibilia agnoſcit, Eſt ſpeculatiuus, quo ea contemplatur,

quæ ab eo factu impoſſibilia ſunt. Eſt libertas, & liberum arbitrium, ſiue uoluntas. Quum id eligit libere, quod optat, & contemnit, quod diſplicet, & odit, & amat eſt uolũtas. Dum æternis intelligendis, & amãdis occupatur, ratio eſt ſuperior. Quum creata obiecta ĩtelligit, amat, aut odit ratio eſt inferior. Si de mediis optime conſultet, & de conſultis optime intelligit, ingenium nuncupatur. Dum practicis conſentit euidentibus principiis, & immediatis, ſyndereſis appellatur. Si concluſionibus ab immediatis principiis deductis adhæret, conſcientia eſt. Alii conſcientiam ipſam aſſertionem, qua anima legi aſſentit ex principiis deductæ, uocant. Alii memoriam, ſiue memorãdi actum. ex dicto Apoſtoli dicentis, Teſtimonium reddente illis conſciẽtia .i. memoria ipſorum. Minor etiã ſubſumpta principio practico ſimiliter quãdoq; ratio dicitur. Quandoq; dicitur ratio ipſa anima diſcurrens. Si motiua inſurgentia contra concluſionis aſſenſum admiſerit ſcrupulus dicitur. Aliqui ſyndereſim, & conſcientiam ſpiritus noſtri adhæſiones uocant, & ſcrupulos, apparentia motiua, & rationes ſophiſticas contra rationis rectum dictamen, non culpabile ex errore inuincibile deceptum. Ob hoc tenemur quandoq; cõfirmari conſcientiæ erroneæ in agẽdo, inculpabili tamẽ errore inuincibili. Hinc ſcrupuloſi ex nominis ſignificatione a ratione deficiunt.

Licet igitur idem ſint Intellectus, Voluntas, Ratio, & Anima corpus uiuificans. Non eſt tñ idẽ intelligere, & uelle, de ſupernis rationari, credibilia medita

ri, terrenis occupationibus occupari, recte cõſulere, concluſiones, ac principia practica iudicare.

Ita etiã pdeſtinatio, & pſciẽtia Deũ ſignificãt, qui eſt, id qđ uere eſt, de quo Moſes. Qui eſt, miſit me ad uos. Eorũ tñ nomen unũ, creaturã cognitã, & aliud, quod eam ad ſalutẽ uelit, cõſignificat. Pariter. diuinũ uelle diuerſa conſignificare oſtẽditur, quoniã Deum neſcire cũcta ſcibilia. imperfectionis eſt. Et ne ſciẽtię. At eũ cũcta nõ producere factibilia, libertatis eſt diuinæ, nec eius omnipotẽti derogat Maieſtati quæ neceſſario nõ uult, nec pducit cuncta producibilia.

Simili modo diuinũ generalis influentiæ uelle, latum in ſubſtantiam peccati, non ſufficit Deum denominare, ꝙ quippiã uelit Deus abſolute, licet ſit actus peccati cauſa effectiua. Latum autem ſuper aliud, qđ non eſt peccatum, denominat Deum uelle. Stat aliqđ pdicatũ, de uno enũciari certo modo, qđ ſine modo eodẽ, de alio nõ pdicat̃. Deus ſine addito ſcit peccaturum Iudam damnandum eſſe, non tamen concedimus Deum uelle Iudam peccare, aut eſſe reprobum, Deus ab æterno uult mundum, quem tamen tẽporaliter effecit. Cõcedimus Abner occidit Aſael, & non concedimus Abnuer uoluiſſe occidere Aſaelem, non enim occidiſſet, ſi aliter uiuere potuiſſet. Dicemus etiam ꝙ Abuer mauult Aſaelem occidere, q̃ ab eo occidi.

Creatio actiua Dei, & dilectio, q̃ ſeipm diligit idẽ ſunt, & cõcedimus, ꝙ ſit deus cõtingẽter creatio actiua, & tñ ſeipſum neceſſario, & nõ cõtingẽter diligit.

Determinatio diuerſis determinabilibus iuncta, uariã habet ſignificationẽ. Hugo de ſancto Victore libro primo de ſacramẽtis tenuit, Deũ uelle malũ fieri, & loquit̃ de malo culpę, cuius dictũ refugiũt piæ fideliũ mẽtes, & in mẽtibus generat ſcãdalũ puſillorum, qui ob hoc putant, Deũ diligere, & approbare peccata, & amicã ſibi exiſtimãt iniquitatẽ. Et intellexit Hugo de actu naturæ obliquitati cõiũcto. Huic logici concedunt. Peccatum Deus uult, & tñ Deus non uult peccatum. Hoc nomen peccatum poſt hoc uerbũ uult poſtpoſitũ ſubiecto, obliquitatẽ in actu natura ſignat, & malitiam, & ſi præponit̃ uerbo uult, actum tantummodo ſignificat naturalem. Exemplũ ſumatur in actu adulterino.

Sed dicet quis. ſi ita ſe habet, adhuc uolet Deus malitiã? qñ demõſtrato furti actu, uerum eſt dicere, hunc actũ uult Deus, hic actus eſt furtũ, ergo furtũ uult Deus. Sed uere nihil aliud infert̃, niſi ꝙ uoluntate gñalis influẽtiæ uult actũ naturę, qui ex defectu noſtro, peccatum dicit̃, eo ꝙ tali nõ fiat modo, quo à nobis Deus uult fieri, legi uidelicet Dei cõformiter.

Eadem eſt potentia prædeſtinandi, & reprobandi diuina. Cap. VII.

VNDE HABET OMNIPOtens Deus, ut contingenter prædeſtinet, aut qñ ptãtẽ habuit ut ꝑdeſtinat⁹ potuerit nõ ꝑdeſtinari? Si eodẽ ęternitatis momẽto potuit nõ ꝑdeſtinare

quo prædeſtinauit, Deus ad oppoſita ſimul erit potẽtia, quod nullus cõcederet, neq; ante. Nulla enĩ ęternitatem præcedit duratio. Nec poſt. Quoniã imutabilis eſt prędeſtinatio, dicẽte Domino de ouium ſuarum prędeſtinatione. Nõ rapiet quiſquã oues meas de manu mea. Pater quod dedit mihi in manus maius omnibus eſt, & nõ rapiet quiſquã oues meas de manu mea. Ego, & pater unum ſumus. Ad hæc dicimus. eodem ęternitatis momento, Deum eſſe prędeſtinandi, & reprobandi potentiam. Deus enim potentia eſt rationalis, potens in oppoſitos effectus pro eodẽ inſtanti, ꝙ ex ſui natura in quocũq; inſtanti, eſt indeterminata ad oppoſitos effectus.

Dicet quis, potentia determinata ad producendũ effectum. A. in inſtãti. C. non poteſt. B. ꝓducere effectum oppoſitum. A. in eodem inſtanti C. quia ſimul non poteſt producere. a. &. b. in. c. inſtanti. Reſpõdetur ꝙ ſi ly. ſimul determinat actus oppoſitos, illi nõ poſſunt fieri ſimul, ſed bene uiciſſim à potentia rationali. Si uero ly. ſimul, determinet ly potentia, tunc potentia ſimul, & in eodem inſtanti, & eſt potens oppoſita. Primo modo ly. poteſt. ſtat compoſite, & falſe. Secundo modo ſtat ly. põt, diuiſiue & uere. Quia uerificatur, ꝙ poteſt oppoſitos actus in diuerſis inſtãtibus facere.

Deus igitur ſecundo modo, eſt ſimul potẽtia libera prędeſtinandi, & reprobandi pro quolibet inſtãti ęterno eundem, & difficultatem declaro tali exẽplo. Sicut enim Angelus quum omnem extra locum eſt,

diuerſis poteſt locis aſſiſtere diffinitiue eodem momē to, & ſit. A. momentum. Tunc ambæ iſtæ propoſitiones ſunt poſſibiles ueræ. Angelus in. A. pōt eſſe Romæ, & poteſt eſſe Pariſiis, & ita poteſt eſſe Romæ, & non eſſe Romæ. Si non eſſe Romæ. propoſitio non eſt cōtingens, ergo eſt neceſſaria, uel impoſſibilis, & qua ratione hæc, eadem ratione, & illa. Angelus eſt Romæ. Sed, ꝙ ambæ ſint cōtingenter ueræ in A. patet ex ſuis enunciationibus de in eſſe poſſibilibus, ſimul tamen incompoſſibilibus. ſ. Angelus eſt Romæ, Angelus eſt Pariſiis. Ita quoq; Deus æternus eodem æternitatis inſtanti æterno, poteſt prædeſtinare & reprobare Socratem, quia iſtæ inter ſe ſunt poſſibiles, licet incompoſſibiles. Deus in. A. prædeſtinat Socratem, & in. A. non prædeſtinat eundem. In. A. itaq; eſt potentia prædeſtinandi, & reprobandi, nec ſequit̃, Deum diuerſarum uoluntatū eſſe, quia ſua de ineſſe, eſt impoſſibilis, uidelicet, Deus plures habet uolūtates, & licet ita ſe res habeat. Si tamen Deus aliquos immutabiliter prædeſtinat, nunq̃ eos reprobat.

Itidem eſt uidere in hominis animo, ſi illū anteq̃ intelligat, & uelit contemplemur, tunc enim utrāuis contradictionis partem eligere, & contemnere, intelligere, & non intelligere ualet, & ita eſt uolēdi, & uolendi, ſimul, & eodem momento potentia.

Dicamus igitur ita Deum eſſe potentiam prædeſtinandi aliquem, ut pro quolibet ſuæ durationis momento, ſit potentia reprobandi eundum, hæc eſt eius naturalis libertas, & illa contingentia quam in Deo

ponimus, eius natnræ conſideratione.

Dicet qs. certior eſt Dei cognitio, q̃ hominis ſciẽtia, ſi quiſpiam præuidit futurũ, neceſſario erit, & ita cuncta neceſſario euenient. Ad quod dico, Deũ non accipere à rebus notitiam, uti ab obiectis motiuis, ſicut homo. Atqui ſeipſo, & in ſeipſo neceſſario cõtingentia uide, quæ immutabiliter eius intuitu, & nõ neceſſario eueniũt. Nec idem eſt certe noſcere & ſcire. Contingentia fieri certe noſci poſſunt, ſed non ſciri. At neceſſario uentura, etiam cum euidenti certitudine, ac neceſſaria, euentura eſſe & fieri poſſunt.

De contingentia Rerum: & quomodo cognoſcat Deus Cõtingẽtia. Cap. VIII.

OMNIVM CONTINGENTIA creatorum etiã futurorũ, ex diuina libertate tandem pendet, uti licet facere libere, cõtradictionis libertate, qđ uult, & miſeretur cuius uult, & quem uult indurat, cum peruerſa indurati uoluntate.

Lutherus nulla putauit cõtingẽter fieri contingẽtia, ſed neceſſario, & hoc eẽ ex īfallibili Dei p̄notiõe.

Aliqui aũt philoſophi idẽ aliis rationibus poſuere. Tum ꝙ Deũ naturę neceſſitate intelligere ea quę intelligit, & uelle ea quæ uult, ob hoc, ꝙ natura ex oĩbus potiſſimũ ſemꝑ operet᷑. Tum ex eo ꝙ omne, qđ fit in hoc mũdo habet cauſam per ſe ac determinatã, à qua neceſſario, & ꝑ ſe ſeq᷑ effectus, & ita nulla cauſa ſuo fruſtrat᷑ effectu, & nil dicũt agi. niſi quod aptũ natũ eſt ita agi, & ita nil fit cõtingẽter naturaliter, for

tuitu, aut per accidens. Atqui iſti non aduertunt cau ſas, & rerũ principia poſſe impediri materiæ indiſpo ſitione, aut agentis contrarii occurſu, uti terra in fru gifera fit, licet ſeminetᷣ, ſi non colitᷣ, etiam ſtante, cœ li influxu. Et ſicca pallea non comburitur. igni ap plicata, ſi aqua ſuper infunditur. Secũdo dico, ꝙ nec omnis futuri effectus cauſa eſt per ſe, ſed aliqua per accidens. Nec opus eſt cuilibet effectui futuro, & na turali, ſemper aſſignare cauſam primã per ſe, quia illa quandoq; erit per accidens, & caſualis, uti Socratis mortis cauſa. per ſe letale erit uulnus, & uulneris, erit incurſus in latrones, cuius poſſunt eſſe multæ accidẽ tariæ cauſæ, per ſe non ordinatæ, uti inceſſus in thea trum, aut in ludum literarium, aut ãnimi gratia, & ita obitus Socratis prima cauſa erit fortuita, alias q̃ſq́s in forum, theatrum, aut ludum literarium iturus in latrones incideret, uulneraretur, & occuberet. Et li cet cauſæ inter mediæ inter Deum, & effectum, poſ ſint impediri, & eſſe caſuales effectus futuri, quarum intuitu, effectus contingenter fiunt, nec cauſas inter medias impediat Deus, quin ſuos efficiant effectus. Dei tamen intuitu nil fit caſualiter, quum eius intel lectionem, & uoluntatem conſequentem nil penitus ſubterfugiat, & cauſis naturalibꝰ, & liberis, ex modo, quo illas inſtituit coagat libere, uel naturaliter, ſinen do illas cauſare p ſe, uel cõtingẽter. Ob hoc pħus aliter ſenſit. putauit.n. Deũ libere ad extra coagere; ꝙ nõ quiſquis uult neceſſario finem, ea, quæ ad finem neceſſaria non ſunt uellit, non enim infirmus illud

uult pharmacũ neceſſario,ſine quo ſanitas aliter ob tineri poteſt,Deus autem, qui diues eſt in omnibus eſſentiæ ſuę tantummodo bonitatem,uti omnium finem,neceſſario uult,citra omnem creatorum exiſtẽtiam,quoniam abſq; creatis ſe ſolo beatus eſt,& fœlix.teſtante Philoſopho.vii.Polyticorum libro,quũ inquit.Deum ſe ſolo beatum eſſe. Hoc idem confirmat Regius pſaltes,cum inquit.Dixi domino, Deus meus es tu,quoniam bonorum meorũ non eges. Et eſto dicatur(licet non concedatur), Deum neceſſario agere,aliquorum contingentia etiam angelica, & humana uoluntate libera,etiam ſi aliæ cauſæ libertate coopent͂ natural͛r, & neceſſario,cauſa ſcd͂a à primi agentis natura naturaliter mota nõ neceſſario monet eo motu,quo mouetur. Nam libere uolumus,& amamus naturaliter cognita. Et obiecte pulchritudinẽ, quæ mouet,quo poteſt,uoluntas non neceſſario, ſed libere appetit. Suppono tamen ex rationibus præſcriptis,& ex diuinis ſcripturis,Deum libere contingenter cuncta agere. Nam mihi cum chriſtianis philoſophis agendum eſt, Quoniam ſi ſecundũ aliquos philoſophos.Deus extra ſe neceſſario ageret,& cuncta,etſi non incœptione,ſed tm͂ ex depẽdentia ab eo eſſent creata(ut putauit Auerroes) uniuerſa neceſſario agerentur,& in rebus nulla prorſus eſſet cõtingẽtia, ideſt nulla contingenter fierẽt.Sed neceſſario fierent contingentia. Atqui Deum libere & contingenter agere in conditionatis promiſſionibus oſtenditur paſſim in ſcripturis,ut in ueritatibus infra oſtendet͛.

Contingentia

Contingentia porrò effectuum, uel unam cauſam liberam exigit, & contingenter operari, eſt cauſam liberam, abſq; aliqua uariatione ſibi, uel alteri aduenientē, & ꝙ non deficiat cauſa ad effectum producēdum requiſita cauſare in aliquo inſtanti, & poſſe ab opere, quod efficiebat ceſſare, in alio inſtanti. Itaq; poteſt contradictorie ſignificabilia practica ſucceſſiue, & nō ſimul producere. Non enim ideo contingenter agit ex eo ꝙ ualeat agens non agere cum agit. Quoniam ſi ita eſſet, & potentia agendi, & potentia non agendi pro eodem momento ad actum reducerētur. Et potens ad agēdum eſſet impotens. Idemq; agens ſimul cauſaret, & non cauſaret, quod fieri nequit.

Naturale agēs niſi mutet᷑ aliqd, uel nouiter ꝗppiā erga illud fiat fiat, nec deſint cauſę ad opandū requiſitæ, ſemper agit, ut ignis, combuſtibile appoſitum, & omnino diſpoſitum, nec ſit impedimentum aliquod, non poteſt ignis non comburere. Nam ſi ignis libera cauſa eſſet combuſtionis, etiam omnibus combuſtioni neceſſariis exiſtentibus, poſſet pro libito ignis cōburere, & non comburere ſucceſſiue, & non ſimul.

Quod ſi ita eſt contingētia effectuū à cauſa libera nō uidet᷑, id bene aſſertū, qđ imediate ſupiori capite retulimus, Deū uȝ eodē pro inſtāti ęterno, potētiā eſſe pdeſtinādi, & reprobādi eundē. Cū iā, & ignē (ſi liber eēt) dicamus nō poſſe cōburere ſimul, & nō comburere, ſed ſucceſſiue, & hominē non poſſe legere, & nō legere ſimul, ſed ſucceſſiue, ideo ſimul non eſt potentia legendi, & non legendi, ſed uiciſſim. Vi-

ciſſitudinem autem Deus immutabilis non recipit.

Ad hæc mihi dicendum eſſe uidetur, hoc nomen potentia operatiua, bifariam ſumi poſſe, logice, uꝫ, & realiter. Primo modo ſumptum, eſt nomen ſubordinatũ notitiæ nrę, qua ſignificamus, Deũ ab æterno liberum, ut uelit ſalutem, uel damnationem alicuius, quem præuidit ab æterno ſua libertate bene, uel male uſurum. Exempli cauſa. Si aliquẽ cogitemus pro inſtanti futuro poſſe eligere quãlibet contradictionis partem, dicemus eum potentiam eſſe, ut quodlibet oppoſitum uoluerit, eligat. At potentia realis libera, ſubordinatur notitiæ, qua ſignificamus naturã aliquã, ſecundum quod operatur, ex iam aliquo ſuppoſito, ueluti ſuppoſito ꝙ Raphael legat, pro inſtãti, quo legit, non poteſt non legere potentia naturali, uel reali, licet poſt illud inſtans poſſit non legere, & potuit, anteq̃ legeret, eligere, ut non legeret in eodẽ inſtanti, quo diſpoſuit uelle legere.

Eſt igitur ſuperiori cap. à nobis aſſertus Deus potentia eſſe ad oppoſita, potentia, uidelicet, logica, & non reali, quæ operatur, uel iam determinauit aliqd operari, quæ poteſtas dicitur ſimultas potentiæ.

Quo uero modo futura contingentia Dominus prænoſcat euidentiſſime, clare, perferre, ac infallibiliter, multi multa, & diuerſis modis contemplantur. Ego autẽ duco, hoc ipſum non ſatis ab intellectu uiatoris comprehendi. Contemplantur quidã, ꝙ ueluti nos ex notitia extremorum alicuius ueritatis intuitiua, euidenter, ac infallibiliter agnoſcimus ueritatem

contingenter uerá Alii ponũt ideas. Alii multa eſſe præſentata,& obiectiua,cõtra quos ad præſens,nolo agere.Hoꝝ opiniones in lib.de ꝑrimo cognito deſtruximus.Ita Dei natura,eſt cognitio cũctoꝝ intuitiua futuroꝝ,ꝑteritoꝝ,& ꝑſentiũ,qua ſcit uerum neceſſariũ,& uerũ cõtingẽs,& quæ pars cõtradictionis erit uera,& quæ erit falſa.Ob hoc fortaſſis,qa uoluntas Dei ita diſpoſuit res cõtingentes fore in tẽpore, quas neceſſario,& infallibiliter cognoſceret. Quia uero nõ neceſſario eas diſpoſuit futuras eſſe,ſed libere contingẽter.Ideo futura contingẽtia cognoſcit.

Et ſicut intuitus nr̃,quo euidenter,& infallibiliter cõtingẽtia intelligimus,cõtingẽti rei aliquã neceſſitatẽ nõ addit.Ita quoq; euidẽs,ac Dei infallibilis intuitus reb⁹ cõtingẽter futuris, nullã neceſſitatẽ ĩponit.

De cognitione etiã Dei,reſpectu cõtingentiũ, eſt ſolerter aduertendũ, ꝙ contingentium quędã ſunt res actualiter contingẽtes, & quædã ſunt ꝓpoſitiones contingẽtes.Res actu contingẽtes Deus neceſſario intuetur,nã exiſtẽtes res nõ põt Deus nõ agnoſcere,alioquin exiſtentia actu, Deus neſcire poſſet, neſciẽtia oppoſita ſimplici omnium intelligẽtiæ, ſed ꝓpõnes ueras cõtingẽtes,quas notitia agnoſcit iudiciaria.in poſterũ põt,neſcire,dum de ueris, ex ſignificatorũ incõſtãtia factę fuerint falſę,tũc à Deo nõ cognoſcunt̃ eſſe ueræ,ſed falſæ,ideo ꝓpõnes cõtingentes cõtingẽter ſcit iudiciarie.Prima ſciẽtia,quę dicit̃ ſimplex intelligẽtia,ſimiliter & diuina uiſio,uiciſſitudinem nõ recipiunt,quum per illas nobis ſignificent̃

res à Deo noſci eo modo, quo ſunt, ſiue ueræ, ſeu falſæ ſint propoſitiones. Secunda, p̄dicationē recipit oppoſitā, ueluti quādā uiciſſitudinē, ea cui dicunt agnoſci per ꝓpōnes cōtingētes ueræ, quū ſint ueræ, & nō cognoſci, ꝙ ſint ueræ, quū ſunt falſę ꝓpoſitiones.

Subinde Dominus Ieſus, & neceſſario quoad rē, & cōtingenter, quo ad enunciationē nouit, quis eum traditurus eſſet, & omnia quæ uentura erant ſup eū, & licet ambo hæc ſigna. ſ. ſcientia Dei ſimplex. Viſio Dei, & iudicium Dei, ſupponant æque pro Deo connotatio ſignorum tamen diuerſa hoc efficit, uti ſupra late retulimus.

Idem eſt uidere in his ſignis. ſ. uis ꝓductiua, & cognitiua Dei, quorum quilibet, diuinam ſupponit eſſentiam, & nihilominus conceditur Deum ſimul cognoſcere omnia producibilia, & improducibilia, & non conceditur eum producere, aut poſſe producere omnia producibilia, & improducibilia, quoniam ſi omnia produceret ꝓducibilia, eſſet impotēs Deus, ad ulterius producendum, & etiam ſe Deum poſſet producere improducibilem.

Nam hoc ſignū cognoſcere cōſignat obiectū tam in eſſe obiectiuo, q̄ in eſſe reali, ſed hoc ſignū ꝓducere, tm̄ conſignat obiectū in eſſe reali, etiā producere, cōnotat Dei uoluntatē, iuxta illud Pſalm. Omnia quæcūq; uoluit fecit. Cognoſcere uero, hoc nō iportat.

Animam humanam, non quæcūq; agnoſcit, uelle dicimus. licet eadem & intellectus ſit, & uoluntas. Ita quoq; iudiciarie cognoſcere Deū, eſt eum uerā

cognoſcere propoſitionem, dum uera eſt, quæ ſignificati inconſtantia poteſt fieri falſa, falſam autem dicit neſcire, niſi quatenus, ꝙ eſt falſa, uerum eſt. Ideo contingenter dicitur Deum uerum cōtingenter propoſitionem cognoſcere. Hæc humili cum ſummiſſione.

Sophiſtarum cauilli, qui videntur probare omnia neceſſario euenire, & eorum ſolutiones. *Cap.* IX.

SOPHISMATIBVS CONantur hæretici, ita contingentiam à rebus, & à nobis libertatem auferre, dicentes. Contingens poſſe non eſſe futurum, & præcognitum à Deo omnino futurum eſſe, & nō poſſe non eſſe, ideo futurum à Deo præcognitum non eſſe cōtingens. Minorem ſuæ rationis ita confirmant. Id fallere nequit, qđ certo dignoſcitur. At præcognitum potens non eſſe, poteſt fallere. ergo huiuſmodi non eſt eſſe ꝑcognitum. Atqui errant, quoniam non eſt idem eſſe neceſſario, & infallibiliter cognitum. Deus enim ea quæ futura ſunt actu in aliqua temporis differētia contingentia realia, non cōtingēter, ſed neceſſario neſcit, ideo ſuis ſophiſmatibus ſolū ſtrepunt, id imitabiliter fore, qđ præuidit Deus futurum eſſe, licet illud non erit neceſſario alioquin inſciam Dei infinitam eius faceremus ſcientiam neceſſitatēq; conſequentie tm̄ dicūt, & non rei. Non aliter Dei maximi intuitus rebus cōtingenter futuris. ſi optime aduertimus, neceſſitatem imponit, q̄ hominum cognitio, qua præſentia diſcer

nunt contingentia euidentiſſime, uti de conſolatione libro. v. inquit Boetius. Sicut ſcientia rerum pręſentium, nihil ipſis, quæ fiunt, ita præſcientia futurorum, nihil ipſis quę uentura ſunt neceſſitatis imponit. Et idem proſa ſexta. Num enim quæ præſentia cernis aliquam eis neceſſitatem tuus addit intuitus. Minime, & ſequitur. Si eſt diuini humaniq; intuitus digna collatio, uti ueſtro hoc temporario præſenti uidetis, ita & ille omnia ſuo cernit ęterno. Datur exemplum de Sole, qui cunctis æque illuminabilibus lumen expandit ſi obex abſit. Si Solis lumen eſſet præſcientia, prænoſceret omnia cæca nõ eſſe illuminanda obiecta. Ita Dominus totius, fons bonitatis, eo, & æqualiter modo cunctis influens, ſe expandit per omnes intellectuales uultus, quoniam illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum, qui illuminatur, iacet uti Sol ſuper omnia nõ illuminata. Et ꝙ non omnes illuminẽtur, non eſt defectus lucis, atqui obiecti, lucem non percipientis. Auguſtinus primo de Trin. Si quis digito, lyppo ſolem oſtenderit, & non uiderit, culpet oculi lyppitudinem, non digiti oſtẽſionem. Sic nec culpemus Dei præſcientiam immutabilẽ, ſed noſtram cæcam, à nobis factam uoluntatem, quam præſcientia diuina immutabiliter uidet, ſua ſponte cæcam eſſe uelle. Quæ ſi ſponte ſua uti uellet induſtria, ut illuminaret͛, utiq; illuminaret͛, nec eã p̃ſciſſet Deꝰ ad finẽ uſq; pmãſurã.

Aliqui tenent omnia contingẽtia neceſſario euenire reſpectu præſciẽtiæ Dei, ſed contingẽter reſpe-

ctu ſecundarum cauſarum contingentium, ita q̨ ſor. præuiſus à Deo, q̨ peccabit, reſpectu Dei peccabit, non reſpectu liberæ uoluntatis ſuæ, & ita neceſſario, & libere peccabit reſpectu diuerſorum. Sed hoc nõ eſt uerum, niſi neceſſitate contingentiæ, non neceſſitate rei. Quia ſor ita peccabit, ſicut præſcitur à Deo, ſed præſcitur q̨ ſua libertate peccabit. Item, argumẽtum ab eſſe noto, ad eſſe rei, nõ tenet, etiam ſi præſciẽtia neceſſitatẽ imponeret præſcitis. Iniuſte Nabuchdonoſor damnatus eſſet, ob ſuam duritiem, & liberi abuſum arbitrii ſui. Nec iuſti laboribus, & orationibus, gloriam mererentur, quæ omnia ſunt contra ſacram ſcripturam. Auguſtinus de Trini. lib. iii. dicit. Sicut non ſibi aduerſantur hæc duo, ut præſcientia tua noueris, quod alter uoluntate ſua eſt facturus, ita Deus neminem ad peccandum cogit. Præuidet tñ, & præſcit eos, qui ꝓpria uolũtate peccabũt. Cur ergo non iudicet iuſtus, quæ fieri non cogit pſcius.

Quam plurima adducit Beatus Auguſtin libro tertio de libero arbitrio cap. iiii. primum de ſcientia noſtra, quæ ſcitis neceſſitatem non imponit, & ſecundum de euidenti præteritorum memoria, quæ memoratis neceſſitatem nõ imponit, q̨ fuerit. Aquinas exemplum affert de contingenti, qui cauſam imitať contingentẽ in cõtingẽtia, & nõ neceſſariam.

Atqui ſi futurorum contingentium Deus eſt præſcius, præſcientia Dei uidetur fallibilis eſſe, erit enim in hominis poteſtate diuinum mutare ꝓpoſitum, id non faciendo, quod Deus præſciuit.

Ad hæc dico, nō eſſe in hominis facultate propoſitum diuinum natura immutabile, mutare, ſed in hominis eſt facultate, ut Deus æternum ſit, & infallibile iudicium operum, quæ ſua libertate facturus eſt homo, quorum Deus non fuiſſet præſcientia, ſi homo ea ſua ſponte non eſſet facturus. Ob hoc prophetarum oracula de futuris hoīum liberoꝝ actibus uera ſunt, ꝗbus eā præuidebātur in lumine prophetico diuinitus inſpirato, quæ libertate ſua erant acturi. Hinc dominus inquit Apoſtolis. Omnes uos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte, ꝗa ſcriptum eſt. Percutiā paſtorem & diſpergentur oues gregis. Ideo non ſumus cauſa ſignificati ſuppoſiti (quod eſt deus) huius nominis præſcientia, ſed connotatorum per ſignum, quæ ſunt actus libere à nobis producti.

De Triplici ſignificato huius nominis Prædeſtinatio. Cap. X.

ADHVC PRO HVIVS NOminis declaratione quod prædeſtinatio dicitur, non ab re hoc quoq; iungēdum eſt. Nomen iſtud, uti, & alia uerbalia, conſimilis deſinentiæ, quādoq; actiue ſumi debere pro ſignificato, quod rei alicuius cauſa effectiua. Dominus enim Ieſus dum ſe Beatæ Martæ ſpopondit, eſſe mortuorum reſurrectionē, & in ſeipſum crediturum non moriturū eſſe in æternum, quoniam reſurrectionis cauſa eſt Dominus, & erit in iuſſu & uoce Archāgeli, i. ſuiipſius Chriſti, qui

Angelorum eſt Princeps, & in tuba Dei, uidelicet, Michaellis deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt.i.in perfecta Chriſti fide reſurgent primi, & reliqua, quæ cõmemorat Apoſtolus, & intelligit ibi apoſtolus per primos, eos qui prius mortui ſunt, qui tamen ſimul cũ ultimis mortuis reſurgent. Ita quoq; hoc nomine intelligimus Deum, hominũ merita prę noſcentem, efficaciterq; uolentem electis gratiã prę ſtare, & gloriã ad quam, creatura rationis capax non ualerent pertingere, niſi ad illam prius benigna Dei uoluntate deſtinaretur, ſic nec grauis ſagitta aculeus ad metam pertingeret, niſi cordę arcus impetu.ad illam prius dirigeret ſagittarius. Et ita Auguſtinus acceptam appellauit liberatiuã, prædeſtinationẽ, qua miſericorditer liberantur ab æterna miſeria quicũq; ſaluantur.

Sumitur quoq; prædeſtinationis nomen, pro Dei gratia, & gloria, & magis pro gloria beatorum, quin ſancti ex prædeſtinationis formalis, cauſam eſſe gratiam Dei, & bona opera.i.meritoria dicũt. Quãdoq; prędeſtinationẽ, cauſam beatitudinis ſecundã appellant uſum liberi arbitrii, quo cõgrue beatitudo dat᷑. Quandoq; charitatem, ſiue perfectam fidem, qua cõdigne gloria beatis conceditur æterna. Quandoq; prædeſtinatio paſſiue ſumitur pro p̄deſtinato. Quoquo autẽ modo, iſto utamur nomine in propoſitionibus quæ, de hac materia fiunt, ſemper intelligi᷑ ſub alicuius caſus habitudine. Deus, gratia, uſus liberi arbitrii, beatitudo, uel Angelus. Vnde, ſi petatur, an ſit

aliqua prædeſtinationis cauſa in prædeſtinato, mox ſic eſt intelligenda propoſitio, uel Petitio. Si gloriæ electorum à Deo optimo præfixæ ſit gratia, uel uſus libertatis bonus in cauſa, ut illam aſſequatur prædeſtinatus, & locutionum in hac materia modos ſic cõtemplet͛ theologus. Si uꝫ, actiue, paſſiue, uel formaliter uerbale ſignificet p̄deſtinationis nomẽ, & qõnũ nodos, q̨ uident͛ penè inextricabiles facile diſſoluet.

Illud etiam haud reticendum eſt. Si p̄deſtinatio idem ſit, quod ſanctorum electio. ad quod dicitur ſæpe in ſacro eloquio, unum pro alio ſumi nomẽ. Chriſtus ſic inquit Apoſtolis. Non uos me elegiſtis, ſed ego elegi uos, & Apoſtolus Epheſiis. Elegit nos ante mundi conſtitutionem, ſed tamen improprie ex uſu nominis a Scolaſticis Theologis ſumitur, eo, ꝙ electio, uoluntas eſt deliberata, & cõſiliata. i. eſt uolitio alicuius medii, præ aliis mediis præconſiliatis. Conſilium autem in Deo. iuxta propriam nominis ſignificantiam non eſt. Cõſilium autem de ignorato prius eſt, uel quod ignorari poteſt. Non cõſiliatur quis, an parentibus ſit nec͛ne benefaciendum. Propterea inquit Damaſcenus, uoluntatem dici de Deo, non autẽ electionem, & conſilium. Improprio tamen uſu, & conſilium, & ſtudium dicitur de Deo. Pſal[illegible] dicit. Annũciate inter [illegible] ſtudia ei[illegible] exquiſita opera, q[illegible] amu[illegible] ac ſi longo tem[illegible]

Ita quoq; d[illegible] ſtiſſima, ac ſi[illegible]

Electío enim quatuor notat ſignificata, primo certam Dei uoluntatem, Dei naturam, uti eius cauſam ſecundo, & tertio gratiam, quam prędeſtinatis cõfert uiatoribus, & ultimo gloriam in futuro electis præparandam. At prædeſtinatio in ſignificãdi modo ab electione diſſidet, quoniam anteceſſioné durationis notat, quam non importat electio.

De Diuina voluntate, quæ in prædeſtinationis ſigno cõtinetur. Cap. XI.

QVONIAM VERO DICTVM eſt in Prędeſtinationis nomine, Dei uoluntatem efficacem ſignificari, non erit ad plenum factum ſatis, niſi etiã multiplicem Domini uoluntatem declaremus. Iccirco de Diuinę uoluntatis ſignificantia non eſt reticendum.

Eſt igitur Dei uoluntas (ut ſcolaſticis utamur ſignis) alia ſignum, alia beneplacitũ. Siue una eſt uerbũ, altera eſt Deus. Prima eſt Dei, quatenus eſt p̄dicatus, & reuelatus. Secũda eſt Deus in ſe abſconditus. prima deplorat peccatores. ſecunda punit eos, ſine planctu. Multa facit Deus, quę uerbo ſuo nõ oſtédit ſeſe uelle, ſic nõ uult morté peccatoris uerbo, quã [illegible]n uult uoluntate imperſcrutabili, quę eſt ipſe.
[illegible] hac diſtinctione haud putandum eſt, Deũ aliã [illegible]ttere[illegible]tudinem ab ea, quę perſonarum, [illegible]prie[illegible]tionum perſonalium, ſed id magis [illegible]elli[illegible]nus, ſignorum noſtrorũ tã uocaliũ [illegible]m[illegible]uerſos eſſe ſignificãdi modos, quibus

ex conditorum bonitatis, in eorum opificem aſſurgimus. Voluntas Dei igitur, quæ eſt ſignum, uno modo diuina pagina eſt. eo ꝙ ex illa id efficitur notum, quod à nobis pręcipit Deus fieri. Hinc Auguſtinus, Domini noſtri euangeliũ, Dei uolũtatem uocat, & libro de Spiritu & Anima dicit. Infideles contra Dei uoluntatem faciũt, cũ eius euãgelio non credunt.

Et fit, ut tot dicantur domini uoluntates, quot ſunt genera ꝓpoſitionum, quibus nominibus, ea quæ fieri debeant, uel non debeant, conſuluntur, præcipiũtur, aut etiam prohibentur. Sunt autem propoſitionum genera, præcepta, & ꝓhibitiones, uti illud. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, & non habebis Deos alienos. Quædam ſunt permiſſiones, quibus patefacit ſe nolle ꝓhibere, aut uelle nõ prohibere quin creatura operetur cum Dei generali influxu quicquid de aliquo ſibi libuerit, eiuſmodi ſunt illę. Ante hominem poſuit ignem, & aquam, ad quodcũq; uoluerit manum apponet, & dabitur ei. Et ſi quis uoluerit facere uoluntatem patris mei, cognoſcet de doctrina mea, an ex deo ſit. Lex repudii à Moſe ob Iudęorum duritiem Iudęis prę cepta, & à Deo inter Iudęos tolerata permiſſiua uoluntas fuit. Sunt alię propoſitiones, conſultiuę, uti illa Domini adhortatio. Si uis ꝑfectus eſſe, uade & uende uniuerſa quę habes, & da pauperibus, & ueni ſequere me.

Voluntas conſultiua indicat Deum uelle aliquid nec debere fieri, nec debere nõ fieri, ſed expedire fieri. Alię dicuntur operatiuę quę eorum uidelicet, ſunt

indices,quæ Deus fecit facit, aut facturus eſt, uti il-
la. In principio creauit Deus cœlum & terram,& cę
teræ,quæ ſequunt̃ enũciationes. Et pater meus uſq;
modo operatur,& ego operor,& illa. Filius hominis
uenturus eſt in gloria patris,& tunc reddet unicuiq;
ſecundum opera ſua.

Fortaſſis,& non ab re ex hoc diuinę paginę oracu
la,Dei dicuntur uoluntates,non ſecus, q̃ Principum
miſſoriæ,dicuntur eorum uoluntates,q, in illis, quid
ab eorum ſubditis fieri uelint indicetur. Dicitur etiã
naturalis rationis dictamen,ſiue iudicium prudentia
le uolũtas Dei,quę eſt ſignum, quoniam lex Dei na
turalis eſt,& noſtræ uoluntatis regula, nunq̃ à regu-
la uoluntatis diuinæ diſcordans, cum illius ſit cara-
cter,dicente Dauid. Signatum eſt ſuper nos lumen
uultus tui Domine. Non enim diſcordat quo ad pri
ma agendorum, uitandorum'ue principia practica,
uel potius quo ad dictamen'ipſum practicum, quod
omnium moralium gignitiuum eſt uirtutum.

Hanc quippe contulit Deus homini legem, quæ
ſemper ad optima adhortet̃,de hac Apoſtolus Ro-
manis inquit. Quoniam gẽtes,quę legem, uidelicet,
ſcriptam,non habent, naturaliter ea, quæ ſunt legis
faciunt,huiuſmodi legem non habentes,ſibiipſis ſunt
lex. Ideſt ĩtellectu ipſorũ eſt lex naturę. Qui oſtẽdũt
opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimoniũ red
dente illis conſcientia ipſorum.i. memoria operato-
rum,uel dictamine rationis de benefacto, uel male-
facto opere.

Huius prīcipia legis,uel quæ lex ſuntnaturæ, im mutabilia ſunt,ſi nō mutetur ſtatus hominis,quæ ali qua cōtraria cōſuetudine abrogati non poſſunt, nec ſtatuta aliqua ab hominibus lege infringi. Si imme- diata,& euidētia ſint principia. Si uero ſint mediata, ex ſtatus mutatione humani,mutati cōſulto poſſunt, Et ob hoc, principia immediata īmutabilia ſunt quo niam diuinæ uolūtatis rectitudini ęquantur ſemper nec unquam diſcordant.

Recta igitur ratio à Deo cordibus noſtris indita, ſuo inſinuat dictamine,diuina præcepta, & conſilia, & uult Deus nos illis obtemperare, quoniam æter- na lex,quæ Deus uolens eſt,omnium bonarum ori- go legum,naturalem ordinem ſeruare iubet,pertur- bare uetat.ut inquit Auguſtinus.xxii.contra Fauſtū, Et idem primo libro de libero arbitrio. Non ordo re ctus,uel omnino ordo appellandus nō eſt, ubi dete rioribus meliora ſubiiciuntur. Ratio quum irratio- nales motus animi regit, id dominatnr in homine, cui dominatio lege debet. Ob hoc Apl̄us dicit. Sci mus qm̄ lex ſpiritualis eſt.i.ſpiritui noſtro practico cōformis.Innoteſcit etiā Dei uolūtas per ritus, & cō ſuetudines,eccl̄iæ uniuerſalis.cui in Apoſtolis in die Penthecoſtes ſpūſſanctus miſſus eſt,ut ipſam doce- ret omnē ueritatē ſaluti neceſſariā Q ua ꝓpter ī his, quę credēda ꝓponit,nō credit in diuina lege errare, & in his, quę pariter agēda p̄cipit, quū dixerit Dn̄s, Q ui uos audit me audit, & qui uos ſpernit, me ſper nit,Dn̄s de ſua lege hæſitantes,ad ſacerdotes Leuiti-

ci generis,qui legis nouæ ſacerdotũ umbra fuere, re miſit, cuius munus eſt clauẽ hr̃e ſciæ,& Dñi uolũta tẽ legere,ac explicare. Sicut Hebræoꝝ Sũmus Põ-tifex,quũ ſemel in anno ſancta ingrederet̃ ſanctorũ clauẽ in humero ferebat. Populo igit̃ p̃cepit Moſes. Si aliqd ambiguũ fuerit in lege, aut difficile.ſ.ad di-ſcernendũ ueniẽs ad ſacerdotes Leuitici gñis, & que re ab eis,qui iudicabũt tibi iudicii ueritatẽ, & facies quæcũq; dixerint illi,qui pręſunt loco,quẽ eligit do minus,& docuit te ſecundũ legẽ eius,ſequeriſq; ſen-tentiã eoꝝ,nec declinabis ad dexterã, neq; ad ſini-ſtram. Seruator noſter iuſſit,ut audiamus eos,qui ſu per cathedras ſedent,ideſt cæteris præſunt, quæ di-cunt inquit facite,ac ſi tenentes cathedras ſciant, & doceant Domini uoluntatem. Effectus etiam Dei, ſi ue operaq; nobis ſunt manifeſta Dei uoluntas ſunt. Quum enim actus hominũ punit,eos ſibi diſplicere oſtendit,cũ præmia confert,ea,pro quibus præmiat, ſibi placere manifeſtat. Populi numerationem à Da uid factam,Deo diſplicuiſſe oſtenditur,q̀ ſæuera ab eo mulctatus eſt pœna,qui Regis Res erat. Placuit Dño Phinees zelus,quò ſibi Dñs ſacerdotiũ tribuit legi ſempiternum, cũctoq; populo propitiatus eſt.

Signa quoq; ſalutis noſtrę ſiue uolũtatis diuinæ de ſalute nr̃a,p̃ter p̃dicta,q̀bus in ſpem erigimur ſalutis ęternę ſunt multa. Primũ eſt diuina creatio,q̃ fruſtra nos nõ fecit manibus ſapiẽtię,& poteſtatis ſuę,ſed ut ſummũ bonũ intelligeremus intelligẽdo,amaremus, amãdo,poſſiderem⁹, ac poſſidẽdo,frueremur. hac ſpe

fretus inquit Pſalm. Domine ad te confugi, doce mē facere uolūtatem tuam, quia Deus meus es tu, ideſt creator meus. Si artifex opus fabricatum uſui appli cat ꝓpter quem opificium conſtruxit, ita & Deus, quantum ex ſe eſt, nos à ſe creatos, ad beatitudinis finem, cōducet ad illam, ſi eius monitionibus aquieue rimus. Secundum, eſt animæ pondus à Deo impreſſum, quo enim eſt intellectus in primam, & uniuerſa lem fertur ueritatem, & quo eſt uoluntas, in primam, & uniuerſaliſſimā bonitatē. Nec firmat̄ eius appetitus in cognitiōe cuiuſuis creaturæ, aut in quauis crea torum bonitate, quin potius creaturarū bonitatibus olefacta anima, uehementius in primam, & diuinam fertur bonitatem. Hinc Auguſtinus inquit. Cor hu manum in deſiderio æternitatis non fixum, nūquam ſtabile, nunquam quietum eſt. de alio in aliud trāſit, quærens requiē, ubi non eſt. Quoniam tantæ eſt dignitatis, ut nullum ei bonum ſufficere poſſit, præter ſummum bonum. Et Diuus Bernardus. Capacē Dei fecit Deus rationalem creaturam, cæteris omnibus occupari poteſt. repleri uero nō poteſt. Auguſtinus quoq; eo. Animam ad Dei imaginem factam eſſe teſtatur, quo Dei eſt capax, & loquitur de capacitate obiectiua, & non geometrica, eo q; Deum intellectio ne intuitiua nedum attingere poteſt, ſed etiam fruitione faciali comprehendere licet ad illam ſit in po tentia obediali, & quum Deum uidet, ad eum naturaliter inclinatur, quāuis omnes de Deo ueritates formabiles comprehēdere finita nequeat creatura.

Tertium

Tertium ſignum eſt à uerbo carnis noſtræ ſuſceptio, quæ (teſte Dño) non ob aliud fuit, niſi ut ſaluum faceret quod perierat, hinc Paul. Galath. iiii. cap. dicit, At ubi uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum ſub lege, factum de muliere, ut eos. i. qui ſub lege erat redimeret & adoptioné filiorũ reciperemus. Quartum uolũtatis diuinæ ſignum, diuina ſunt præcepta, & inhibitiones, qbus uult nos declinare à malo, & facere bonum, ne pereamus in æternum. Vti & medicus ſalubria infirmo ſuadet, & mortifera tã diu prohibet, q̃ diu ſalutis infirmi ſpes eſt. quum uero deſperata eſt ſalus, quæq; appetibilia concedit. Quintum diuinę uoluntatis ſignum de ſalute noſtra uerbi Dei pro nobis ſuſcepta eſt pœnitẽtia, quę ſibiipſi nec pro peccatis, aut reprimenda concupiſcẽtia cõducebat, quoniã peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius, nec originale habuit, ſuſcepit aũt pro peccatorum ſalute contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Cõtritioné quidem, quoniam plus doluit de animarum perditione, q̃ de ſua amariſſima paſſione, uti colonus plus de fructuũ amiſſione dolet, q̃ de laborũ iactura. Maiorem, quoq; contritionem habuit, de quorũlibet peccatorum delictis, q̃ quilibet de ſuis ꝓpriis peccatis. Hinc Hiere. inquit. Magna eſt uelut mare contritio tua. Confeſſioné Ieſu Chriſti Regius Pſal. memorat, dicẽs. Deus tu ſcis inſcipiẽtiam meã, & delicta mea à te non ſunt abſcondita, & eodem Pſal. Longe à ſalute mea uerba delictoꝝ meorum, peccata enim noſtra ſua fecit, dum ſe omniũ ſa-

tisfactorē cōſtituit. iuxta illud Eſaiæ. Propter pecca ta populi mei percuſſi eū, & diſciplina pacis noſtræ ſuper eū, cuius liuore ſanati ſumus. Omnes nos uti oues errauimus, & Dñs poſuit ſuper eū, oīum nr̄um iniquitates. Ex unione ipſius, qui eſt caput omniū in ſe credentiū peccatoꝝ ſua eſſe dicit, & pro eis doluit. Satisfecit quoq; ꝓ toto mūdo ſufficiēter, licet efficaciter tm̄ pro prędeſtinatis in eū finaliter credētibus, iuxta illud Apoſtoli dicētis Hebrę. v. cap. Factus eſt omnibus ſibi obtēperātibus cauſa ſalutis. Fuit enim Dñs noſter uti heros Imperatori acceptiſſimus, qui ab Imperatore ex ſuo ſeruitio impetrat aureū menſualem cuilibet ſua inſignia deferēti, ſi qs inſigniorum delationē ſpreuerit, ſibi imputandū eſt, ſi aureum de Imperatoris ærario non acceperit. Ita imputet̄ dānatio, & ſalutis priuatio illis, qui Chriſti Ieſu fidē, & ſacramēta, & finalē iuſtitiā recipere nolunt. Satisfecit etiā Dñs ieiuniis, orationibus, diſciplinis, duriſſimiſq; afflictionibus, & uolūtarie ſuſceptis, ac patienter toleratis, quū à ſuis æmulis infligerent̄. Hæc ſatiſfactionis opera Chriſti cōſiderans Beatus Bernardus, quum uehemētiſſime pro peccatoꝝ deſptratione à diabolo tentaret̄, reſpōdit. Dñs meus Ieſus duplici iure cœli regnū poſſidet, patris ſcilicet hæreditate, ut naturalis filius, & paſſionis merito, uno iure ipſe contentus, altero iure ipſum mihi donauit. Quintum uoluntatis ſignum, quo nos omnes uelle ſaluare oſtēdit. eſt, ꝙ in Hieruſalem terrę habitabilis umblico reſpectu latitudinis terræ eſt crucifixus, &

inter duos latrones bonum, & malum, ac in aere cõmuui elemento, habens in cruce aſpectum, ſiue corporis ſitum, ad omnem mundi localem differentiam, ac ſi ipſis paſſionis accidẽtibus oſtenderet ſe indifferenter pro omnium ſalute crucifigi, & mori. Aſcendit inſuper crucis altitudinem, ut ab omnibus uideretur, uoce magna clamauit, ut ab oĩbus audiret᷑, clamori lachrymas addidit, ut homo ei cõpateret᷑. Indifferẽter apl̃os in mũdum uniuerſum miſit, ut in oẽm terram eoꝝ ſonus ꝑdicationis exiret, & in fines orbis terræ, eorum ꝓcederẽt uerba. Promiſit pœnitẽtibus peccatorũ remiſſionẽ, in quacũq; hora ingemuerint. Et tandẽ oẽs ad ſe uocat dicẽs. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã uos. Sũt multa alia uoluntatis diuinæ ſigna de ſalute noſtra, quæ breuitatis cauſa ommittimus. Ex quibus oſtenditur quantum ſit omnipotens Deus de oĩum ſalute ſollicitus, & quantũ iniuſta ſit dãnandorum inertia, qui tot uoluntatis diuinæ ſigna ingrati, tot uocationum modos, tot diuini amoris radios in nos miſſos, nedum paruifaciunt, ſed & deſpiciunt. Et quanuis tãtummodo uoluntate beneplaciti eos ſaluet quos ſaluare uult, uult tamen efficaciter eos ſaluare qui ſuopte libero arbitrio ita operantur, uel operabuntur, ut ſaluentur, & illos, qui libere nolunt, peccando ſaluari, damnare, quoniam uoluntas Dei efficax rationabilis eſt, habens cur, & quia. Et ita uoluntas Dei, Dei uoluntatem, antecedentem, ac ſignorum uoluntates conuoluit, qa qui ſaluantur adultis

intelligunt quid agendum, & contemnendum eſt, & uolunt libere bene operari, contemptis præceptorũ inobedientiis. Et uult Deus omnibus auxiliari ad bene agendum, niſi diuina auxilia oblata ſpreuerint, & ita ſtat regnũ Dei intra nos eſſe, & nobis ſolis imputandam eſſe damnationem.

Eſt tñ aduertendũ, Deũ eſſe tñmodo uolũtatẽ efficacẽ ſalutis eo℞, qui ſaluabunť. Licet reſpectu eorũ qui non ſaluantur, aut non ſaluabunť, æque dicatur, ſimplex uolũtas ſalutis eorũ, atq; etiã eo℞, qui ſaluãtur, quoniã Dei uolitio ſimplex, eſt reſpectu omniũ poſſibilium, non includentiũ cõtradictionẽ. Volitio uero Dei efficax eſt ipſe Deus uolens aliqua ponere in eſſe reali. Hinc fit, ut ſimpliciter uelit Deus utrũq; oppoſitorum, non autem efficaciter, quũ hoc ſit impoſſibile. Efficaciter eos itaq; uult ſaluare adultos, qui ſponte ſua bene uti uolunt donis, & auxiliis diuinis, & contemptores donorum Dei tantum ſimpliciter ſaluare uult Deuus. Et ſic intelligendum eſt, Diui Apoſtoli oraculum. Deus uult omnes ſaluare, & ad agnitionem ueritatis peruenire. Hanc ſimplicẽ Dei uoluntatem, dicunt uoluntatem Dei eſſe antecedentem, qua Deus dat regulariter omni homini naturalia, quibus ſalutem cõſequi poteſt, paratus coagere, ſi alius uelit, nec illi contrarium manifeſtat per præceptum, uel conſilium.

Quod ſi ita eſt, uidetur cõtra prædicta, Deũ nolle ſimplici uolũtate ſaluare omnes, quia nõ uult ſaluare pueros non baptizatos morientes, quũ nõ det eis

neceſſaria antecedentia ad ſalutem, ſinendo eos mo-
ri in uentribus matrum. Præterea, ſine fide impoſſibi
e eſt Deo placere. Hebrços.xi. Sed nõ omnibus dat
fidem, ſecundũ Augu. in lib. de prædeſtinatione ſan-
ctorum. Subinde probari poteſt, Deum ſimpliciter,
& antecedente uoluntate uelle omnes peccare, cum
omnibus det antecedẽtia naturalia, quibus ex ſeipſis
peccare poſſunt. Ad primum dicitᵉ, ꝙ pueris dat an-
tecedentia ſecundum legem cõmunem, licet interdũ
moriuntur errore, uel culpa parentum. Ad ſecũdum
dicitur, ꝙ dat antecedentia ad conſequendam fidem.
Ad tertium nõ dat Deus leges ad peccandum indu-
ctiuas, ſecus eſt ad bene agendum.

De duplici Dei uoluntate, antecedente, & conſequente. Cap. XII.

VOLVNTAS QVAE BE-
neplacitum dicitur, in duo ſeccatur ſi
gna, quæ ſunt beneplacitũ antecedẽs,
& beneplacitum conſequens, & alio
ſigno dicitur efficax uolũtas Dei. Vel
dicatᵉ diuerſimode iſtis ſignis ſignificari Deus uolẽs.
In beneplacito antecedente intelligimus Deũ in cũ-
ctis, quantum in ſe eſt. Propenſum eſſe, quo naturæ
rationali opportunum ſe præbeat auxilium. Quate
nus præcepta, prohibitiones, cõſulta, cæteraſqꝫ Do-
mini uoluntates ſigni, exequi poſſit, pro eiuſdem cõ-
ſequenda ſalute. Tribuit nãqꝫ nobis Deus proſequẽ
dorum agnitionem, & uitandorum, & appetitiuã po

teſtatē, qua cognita ꝓſequēda, & fugienda ꝓſeq. & fu
gere ualeamus, ſiue illa ſint præcepta, ſiue conſulta.
Significat etiam Dei antecedens beneplacitū, ꝙ no
lit Deus homini coadiuuantia auferre, quibus præ-
cepta, prohibitiones, & conſulta implere ualeat, &
uetita cauere, ſi modo oppoſitum eorum, quæ præ-
cepit, uetuit, & conſuluit, non reuelet Dominus. Vo
luntatis hoc beneplacitum ſępius libera à creatura,
dum p̄ceptis Dei non obtēperat, nō adimplet, quam
ita adminiſtrat Deus, ut illā proprios ſinat agere mo
tus, ſicq; mouet, ut ad bona, & mala ſuo pro delectu
moueat ſuo generali agēte influxu. Volūtatis pla
citum conſequens Dei, quod efficacem placuit theo
logis, alio nomine appellare uoluntatē, uere Dei uo
lūtas appellatur, qua ſola liberantur prędeſtinati, &
Deus ipſe eſt impſcrutabilis uolūtas, in qua, ex qua,
& per quam, cuncta quę uoluit fecit, facit, & faciet.

Hæc Dei efficax uoluntas, & beneplacitū conſe-
quens, Deum ſignificat exequentem reſpectu crea-
turarum (exiſtente conditione) qua uult uti medio
quicquid uult. unde ſaluabit eum quem uult ſaluari,
ſi affuerint in hoīe ſalutis cōditiones. De hac inquit
ſcriptura. Dn̄e in ditione tua cūcta ſunt poſita, & nō
eſt, qui tuę reſiſtere poſſit uolūtati. Dn̄s enim uniuer
ſorū tu es. Et licet nō fiat ab hoīe libere uolēte qcq̄d
Deus uult per ſacram paginam, aut lumine naturali
hominis menti indito, per hominum prohibitiones,
pręcepta & conſulta fieri. fit tamen de ipſa Domini
creatura quicquid iuxta conſequens & efficax bene

placitum uult Deus de ea fieri, cum uoluntate crea-
turę rationalis adultę. Si uidelicet ad mortem uelit uſq; libere ſeruare mandata, Deus ęterno decreto eius eſt, & fuit ęterna ſuę ſalutis uoluntas, ſin ſecus, eius eſt damnationis immutabile decretum.

Homo itaq; ei perinde ſimilis eſt, qui ſe circũquaq; mouẽdo nõ ualet nõ ſe ꝓpinquũ cœlo facere. Sic faciat homo, quodlibet pro libito ſuo quin Dei efficax beneplacitũ faciat, facere nõ põt. Quũ Ionas in Niniuẽ ciuitatẽ miſſus fuit, quãq́ in Tarſum diuertere ei animus eſſet, à Deo coactus, Domini tandẽ uoluntatẽ impleuit, uel magis deus de Iona ſibi cõplacuit. Propterea, inquit Auguſt. Quis eſt Domine, qui te dimittit, niſi q te amittit, & qui te amittit, quo it, aut quo fugit, niſi à te placato ad te iratum.

Quapropter, colligimus ſigni uoluntatẽ Dei, nedum prędeſtinatis ſed & reprobis uiatoribus, Deum uelle ſalutem, qui nunquã Dñi placito (quod conſequens appellare placuit) ipſis pręcepta ſeruare ſua libertate nolentibus eam aſſequentur.

Cunctos nanque homines ſcripturarum mandatis, & rationis lumine cogenito ęque admonet, quatenus ea illęſa ſeruando, ex infernalibus liberantur pœnis, & non placet Deo efficaci placito reprobos ſaluare, quos pręuidet ab ęterno, eis tandem uoluntatem ſigni non placere. Vult omnem ęquali antecedente uoluntate ſaluare hominem, quũ intelligentiam cuilibet hominum indifferenter pręſtet, qua percipiant bona, quę agere tenentur, cum

facultate præcepta, & uetita exequēdi, nec cuipiam ſuæ influxum bonitatis detrahit generalem. Efficaciter tamen illos uult ſaluare, qui ſaluabuntur, & præceptorum obſeruatione ſaluari uolunt, & aliquos ab æterno p̄uidet, ꝙ ſi uixiſſent, ſuo bene libero uſi fuiſſent arbitrio, aut uſi ſunt, & utentur.

Propterea licet Deus antecedente uoluntate, & uoluntate ſigni uelit abſolute omnes ſaluare, non tamen uoluntate conſequente, ſed tantum eos, qui libere ſua uolunt ſeruare præcepta, & nolentes ſeruare, non uult ſaluare. Adultis omnibus quos prǫuidet ab æterno ſua libertate ſeruaturos eius legem, æternaliter præparauit gloriam. Præcepta aūt Dei adulti omnes rationis cōpotes ſi uolunt, ſeruare poſſunt.

Inſtantia p̄dicta, ꝙ peccata nō ſint nobis imputāda, & ſolutio inſtātiæ, Cap. xiii.

INSTABIT ALIQVIS ꝙ eò ad mandatorum Dei nō teneatur obſeruationē, ꝙ res non ſit à Deo præcepta, iuxta Dei uoluntatem cōſequētem, quum pleraq; iubeat dominus à nobis fieri, quæ à nobis efficaci noluit fieri placito, quædam uetat, quæ conſequenti uult placito fieri, quæ ſi efficaci placito nollet fieri, delinquere nō poſſet homo. Deliquit autem Deo nedum permittente, ſed & cooperante. Operatur etiam per Lutherum in nobis peccata Deus. Non itaq; tenet̄ homo ſibi impoſſibilia Dei mandata ſeruare affirmatiua, & negati

ua. Illa enim fieri neceſſe eſt, quæ Deus conſequẽter uult fieri. Quæ aũt nõ uult per eam fieri, impoſſibile eſt à nobis fieri. Ideo ſi nõ ſeruamus p̃cepta Dei, hoc eſt, quia Deus non uult ea nos obſeruare. Ideo uidetur tráſgreſſiones præceptorum nobis eſſe imputandas.

Abrahæ mãdauit Dñs ímolare filiũ ſuum Iſaach, quem tamen non placuit Deo imolari, & aris litari, ut docuit euentus placiti conſequẽtis diuini. Dñs dũ ſurdum, mutumq́; curaſſet, ne cuiquã diceret, curatis obnixe p̃cepit. At illi, quo magis uetuit, eo amplius prodigium diuulgabant. Prohibuit faſtigii uulgationem, quam ex publicationis euentu Chriſtum eã uoluiſſe comprobatur. Si eam noluiſſet efficaci placito, à curatis effecta non fuiſſet, quo fit ut mandati tranſgreſſores non uideantur.

Ad hæc dici poteſt, Deũ uelle nos ſuo efficaci placito obſeruare ſignorũ uolũtates, ſi tamen uelimus, & non aliter. Nec ipſe uult, noſtram citra uoluntatẽ. Ipſe eſt primo operis cauſa boni per doctrinã fidei, & ſuam inſpirationẽ, noſtram præcedentẽ uolũtatẽ. Nos uero peccatorũ prima ſumus cauſa, uerbum fidei, & Dei interiorem uocationẽ ſpernẽtes, & coagẽtia auxilia diuina, eligentes peccare, primo auerſionis prioritate. Vult itaq; Deus uolentibus nobis, & peccata primo, & bona merita, ſecundo. Ob hoc notes hoc uerbum uult Deus, dici de Deo reſpectu rationalium creaturarum, & importare in nos caſualitatem diuinã ſub cõditione, & nõ abſolute. Ita tenuit Villielmus Altiſiodorenſis, Vult enim ſegetes cõce

dere campo,ſi uelit homo cultiuare. Notet etiam homo, ꝙ ſi Dei effectus rite penſetur dubio procul ea quæ Deus quandoq; præcepit, de facili ualebimus intueri, non ea ſemper Deum uelle quæ præcepit, aut ea, quæ uetuit,nolle efficaci placito.teneri tamẽ rationalem creaturam ea tantummodo uelle, & eo quo præcipit modo ea uelle, & nolle quæ uetuit. Quum non ſemper uelit,ut ſua præcepta impleant efficaciter,nolentibus nobis,uult tamen nos ad ſuas præceptiones,& legem ſuam obligari ſemper,ut illa uelimus,quæ nos uelle pͨcipit ſub damnationis pœna,dum nobis non conſtet de efficaci placito, ꝙ oppoſitum ſit facturus. Quoniam in caſu poſito, ſi abſoluatur homo à Dei uoluntate ſigni, placere ſibi debent ciuitatum incendia,quæ iam uidet facta eſſe.eorumq; depopulationes,hominum indebitæ legibus humanis oppreſſiones,innocentum mortes,& cætera id genus tormentorum, & malorum pœnæ,& dãni,quæ iam facta ſunt.

Sed dicet quis,illa ſigna affirmatiua, & negatiua decalogi. Deus uult à nobis eò ſeruari, ꝙ ſint falſa, uti ꝓpoſitionalia cõplexa hoíum,quorum ſignificata nõ ſic ſunt,ut ſignificant,aut nullo modo ſunt. Subinde putabit, ꝙ fictus ſit Deus,qui quippiã uelle indicat,qđ tñ nõ uult,qđ Deo attribuere,fas nõ eſt. Eſto poſtmodũ nos obliget ad ita uolẽdũ, uti pͨcepit nos uelle,aut eo modo uelle,quo pͨcipit nos uelle,& non ad id,quod uult efficaci placito qũo ualebimus uelle,& ita uelle, niſi prius ipſe uelit efficaci placito, ut

uelimus? Et adhuc quæſtio ita ſupereſt inſoluta.

Propterea nõnullis ita placuit, nodoſam ſoluere quæſtionem, q legis diuinę obligatoria mandata, nõ ſint placiti diuini ſigna, ſed uoluntates antecedentes. Cunctis nãq; mandauit hominibus Deus, quatenus toto corde, totiſq; uiribus diligãt Deũ, ẽt dãnatis, qa non minus iam damnati tenentur diligere Deum iuſta pœna, illis à Deo inflicta, q̃ beati iuſta gloriæ retributione, qui tamen damnati, nunquam diuinę dilectionis implebunt præceptum, nec uiator, qui tandem damnabitur, præceptum ſeruabit, uiatore nolẽte Deo coagere inſpiranti, & uocanti, & Deo nolente damnatis coagere ad dilectionem comproducendam in ipſis. Viatoribus coagit, ut conforment ſe uoluntati Dei, præceptiuæ, & prohibitiuæ ſigni, quæ ſunt propoſitiones bibliacæ, operandorum ſignificatiuæ, eiſq; paratum ſe offert Dominus opem daturus, ut qđ pcepit, exequi ualeãt (ſi uelint) aĩs de⁹ nõ uult efficaciter, nec oppoſitum præcepti reuelat.

Præceptum de dilectione Dei ſignum non eſt damnatis uoluntatis antecedentis, quibus ad præceptum implendum, non uult opem ferre. Ex oppoſita præcepto reuelatione noluit conſequenter, nec antecedenter, Abraham ſuum litare filium uoluntate tamen ſigni, Deus uoluit obligare Abraham uſq; ad tempus reuocationis angelicæ, ut uellet imolare filium, ut nota fieret obediẽtia Abrahæ. Hæ ſignorũ mutationes immutabili, & imperſcrutabili Dei uoluntate fluxere.

Forte Dei præcepta quædam ordinantur ad pro bationem eius cui fiunt, quædam ad operis executio nem, ideſt ut is, cui præcipitur præceptum impleat ſub damnationis pœna. Prima quidem ſubditū obligant ad præparationē, ut uelit exequi, & non ad exe quendum. Secunda uero ſubditum obligant ad exe quendum id, quod præcipitur. Abrahæ forte primi generis præceptum factum eſt, non ſecundum ideo, ſatis ſibi fuit ad filii litationem præparatio.

Atqui dices. præcepit Abrahæ Deus imolare filium, non ſe prępararare ad imolandum, ideo tenebatᷣ uelle occidere, alias non obediſſet formę præcepti. Ideo, alii ſoluunt, ꝙ Abrahā obligabatᷣ uelle occide re Iſaach ſub conditione, ſi non reuocaret pręceptū, quoniā pręceptū illud, natura ſua ualde graue fuit, non congruens Dei bonitati, ut uidelicet, id Abrahæ pręciperet, quod non debuit Abraham uelle.

Hoc ipſum planius dignoſcitᷣ in p̄cepto Abrahę facto, ſi præcipientis uerba, & intentio perpendantᷣ. Pręceptum nāq; illud præcipientis intentione, prō ptam Abrahę obedientiam cæteris notam fieri, in ip ſius bonitatis ſpecimen prætendebat, & non unige niti litationem, quam tamen pręcepti uerba perinde ſignabant, atq; pi ę'ati mandatum in meritum, & fra tris ſubditi probationem latum, magnopere arduū, quatenus fratris probet obedientiam, qdᷣ tamen per illum haud uult obſeruari, in quo quidem mandato pręlatus non dicitur fictus, eo, ꝙ id, quod pręcepto intendebat fratris, expertam, uidelicet, probationem

executus eſt. Nec præceptum inutile fuit, eo q; fratris prompta obeditio eidem ceſſerit in meritũ obſequenti, eſto reuocatus frater, illud nõ obſeruauerit.

Q uod ſi tam ample fingere concedemus, aut per fingere ſignum dare intelligamus, quo aliquis quippiam fieri præcipiat, quod ſignum Deus fieri uelit in eius, cui fit ſignum commodum, cõcedamus Domini utiliter fingere, cuius fictio magnope ꝓfuit Abrahę exhibito in obſequio, qđ Deus p̃cepto prouocauit.

Chriſtus Ieſus finxit ſe longius ire ad exercẽdam charitatẽ, & opus miſericordiæ in diſcipulis, quibus loquebatur. De præcepto aũt facto aſtantibus prodigio ſaluatoris, dico Dominum noſtrũ noluiſſe obligare illos ad tacendum, quod tam utiliter prouulgabatur. Vnde acclamatum eſt. Bene omnia fecit. Surdos audire fecit, & mutos loqui. Illud itaq; uti documentum propoſitũ eſt magis, q̃ pręceptũ, quo edocerentur bene operãtes, ex beneficentia, auræ popularis gloriam non quærere. Beneficiati etiã mouent̃, ne beneficiorum ſint immemores, & Domini ſermo uerus fuit citra omnem fictionem.

Sed cur poſt Dominicã transfiguratione͂ deſcẽdẽtes Domini diſcipuli, de monte, ſimilia uerba à Dño acceperunt, uti obligatoria, ut quoad uſq; filius hominis à mortuis reſurgeret, gloriam tacerent? Dicẽdum duco Dominum Ieſum, qui exterius hos, & illos allocutus eſt, utrorũq; mentes interius illuſtraſſe, qua animi intentione, quo'ue intellectu, Dominus hæc, & illa protulerit uerba, Aut forte uerba illa à

ſpiritui ſancto reuocata ſunt, & acceperũt ea à Christo, ut illa ſeruarent, niſi à ſancto ſpiritu reuocarent. Aut certe, & melius dicitur, ꝙ præcepto Dñs intẽdebat, ut propriam non ambirent gloriã de doni acceptione diuini, & gloriæ Dei manifeſtationem, & proximi utilitatem auidius quærerent. Ob hoc fortaſſis leproſi poſt ſacerdotũ iudiciũ, ꝙ eſſent mũdati, publicauerũt miraculũ, ne impugnaret à ſacerdotibus Dñi noſtri uirtus, quã ſi ante iudiciũ de curatione publicaſſent, dixiſſent eos mũdatos non fuiſſe.

In ſcripturis etiam quædam mandant modo præceptiuo, & inteutione pręceptiua, ut eſt ſeruatoris dictum. hoc eſt præceptũ meum, ut diligatis inuicem. Quædam habent intentionem mandanti pceptiuã & non modũ, uti eſt illud exodi. Non furtum facies. Quædam pręcepti modũ, & non intentionẽ, ut quũ præcepit Dominus, ne cui referrent beneficia accepta. non enim obligauit eos ad mortale peccatum ſi diuulgaſſent miraculi faſtigium.

Eò igitur unde digreſſi ſumus redeuntes, efficax Dñi uolũtas ſemper efficit, quæ erga noſtros actus, noſtrã nõ excludit uolũtatẽ. Signi etiã, uolũtatẽ aſſerimus non eſſe efficacis diuinæ ſignum uolũtatis, ſed eius, quod à nobis debeat fieri ſignũ, & lex. Quæuis igitur ſua elegerit creatura uoluntate libera ſiue bona, ſiue mala, illa per naturam bona ſunt, ad quæ com producenda Deus ſuo coagit placito, generaliq; influxu, uti & ſol eodẽ calore, & ceram coagẽdo emollit, & cœnum indurat, Poſſet tamen dici uoluntatem

ſigni, eſſe diuini ſignum beneplaciti, quod creaturarum uolentium intuitu, conditionem importat ſicut ſupra diximus.

Pro huius materiæ complemento notet lector, ꝙ uoluntas ſigni, & uolũtas antecedens ſemper implẽtur quoad intentionem mandantis, quę intentio Dei in uoluntate ſigni, quæ eſt lex, eſt obligatio creaturæ, ut ad obſeruationem teneatur. Ita uoluntas antecedens impletur quoad auxilia, & dona homini præſtita, ut bonum operari poſſit, non tamen ſemper impletur ſignum, ideſt lex Dei, quia non fit ab homine id, quod præcipit, aut prohibet lex, nec implentur opera bona, propter quæ uoluntate antecedente dantur Dei dona & auxilia. Voluntas uero efficax, ſiue conſequens, ſemper impletur reſpectu beatitudinis & damnationis noſtræ, cum noſtra bona & mala uoluutate. Volũtas Dei permiſſiua, eſt actus poſitiuus, quo uult Deus ſinere, & non prohibere peccata, ſi enim petmiſſio non eſſet actus poſitiuus, non poſſet Deus certo ſcire aliquem peccaturũ eſſe, quia erga peccatorem aliquid facit, ideo ſcit, ꝙ peccabit, etiam ſcit ſe cooperaturum eſſe ad ſubſtantiam peccati prohibiti, & non ad peccatum formaliter, & ſcit ſe non cooperaturum ad actum, quem tenetur peccator elicere.

Nota ultimo, ꝙ conformitas uoluntatis creaturæ cum uolũtate Dei conſiſtit, ut uelit id, quod uult deꝰ creaturã uelle, & in hoc eſt recta, & citra hoc, eſt obliqua, & hoc intelligendum eſt in adultis, & habi-

tualiter,qui paruuli baptizati,nullum habent uolun
tatis actum,& boni adulti ſunt conformes lege Dei
etiam cum dormiũt. Non ergo omnis Dei uoluntas
eſt lex Dei.Credere articulos fidei eſt lex Dei, illis
diſſentire eſt contra legem, & contra Dei uoluntaté
efficacem,& tamen illicitũ eſt diſſentire. Teneor nol
le damnationem meam, quæ tamen erit bonũ iuſti-
tiæ conforme Dei uolũtati, quia teneor me peccato
ré eſſe nolle. Teneor orare pro ſalute mea, etiã mea
mihi reuelata damnatione, quoniam teneor optare
me non eſſe peccatorem. Eccleſia uero orat pro dam
natis,quia non tenetur. Notet etiã lector hominem
peccantem, non operari aliquid.quo ad formale,ſine
Dei uolũtatem,aut contra eam,quoniã peccare for
maliter non eſt aliquid agere. peccãs igit̃ nihil agit
contra Dei uolũtatem conſequentem Dei,ſed cõtra
eius legem.

De Libero Arbitrio. Cap. XIIII.

OPINIONES DE LIBERO
arbitrio. Arbitrio diuerſæ fuere inter
philoſophos,hæreticos,&catholicos.
Philoſophi,hominem innocenté na-
ſci putarunt,& ſuapte natura tũc eſſe
liberum,quũ ratione utit̃, quo rationis libero uſu,
& mereri & demereri ualet.Non enim ſcierũt, ꝙ ho
mo ad aliquid maius ordinaret̃, q̃ per creatas cau-
ſas,quas naturales uocant,acq̃ri poſſit.Quũ eis ſan-

ctarum ſcripturarum deeſſet fides. Neſcierũt pariter Adæ peccato hominum ex eo propagatorum, uolũtatem liberam corruptam eſſe, & in eo quaſi omnes propagatos & propagandos deliquiſſe, eò, q̄ iuſtitia originali animæ Adæ concreta, & eius filiis ſimilis dãda. (ſi diuino præcepto obtemperaſſet) eſt reuocata á filiis, & ab Adã, & Eua ablata, qua iuſtitia, eius intellectus etiam ſine phantaſmate medio, ſubſtantias naturales noſcebat, & Deum creatorem ſuũ abſtractiue diſtincte noſcebat, omnibus moralibus uirtutibus uoluntas pollebat, appetitus ſenſitiuus in nullo rationi rebellis erat, multiſq; aliis gratiis decorabat̃. Non agnouerunt pariter Dei filium pro redimendo homine incarnatum eſſe, ac fide in deum homines iuſtificari, & præcedentes, ac ſequentes illius incarnationem, iuxta illud. Et qui præibant, & qui ſequebantur clamabant oſanna filio Dauid. Nec agnonerunt appetitum ſenſitiuum rationi rebellem, iuſtitia originali non cohibitum, eſſe peccatum originale, nec aliã poſt hanc putauere, & præter hãc eſſe uitam futurã, & beatam aut ſi illam putauerunt eſſe, eum tenuerunt eſſe delitioſam, & carnalem, qualem fingunt eſſe in campis elyſiis Poetæ.

Catholici uero, quadruplicem ſtatum hominis, eiuſq; liberi arbitrii ponunt. Primum integrum, ſecũdum corruptum, & hunc ſecundum in tres alios ſtatus diſtinguunt, in ſtatum. ſ. legis naturæ, in ſtatum legis ſcriptæ, & in ſtatum legis euangelicæ. Tertiũ ſtatum principalem dicunt eſſe, ſtatum gloriæ, & quar

tum ſtatũ dãnationis æternæ. In ſtatu igit̃ innocẽtię liberũ arbitriũ poterat facillime nõ peccare, & facillime mereri, ex iuſtitia originali a creatore, Adæ, & ſucceſſoribus illius per modũ naturæ cõceſſa (ſi non peccaſſet Adã) licet, alii teneant, Adam nõ potuiſſe mereri ex ſola originali iuſtitia, ſed cũ charitatiue ſuperaddita tm̃. & hoc ꝓbabilius eſt. cũ iuſtitia uero originali, exiſtẽtibus partibus inferioribus cũ ſuperioribus pacificis, citra difficultatem oẽm põterat ad charitatis ſuſceptionẽ diſponi. In ſecũdo ſtatu naturæ nõ põt liberũ arbitriũ nõ peccare, ſaltim ueniali ter, teſte Euãgeliſta Ioãne. Si dixerimus qa peccatũ non habemus ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Licet. n. aliq̃ peccata uenialia uitare poſſit nõ tñ oĩa colectiue. Veluti nauta aliqua nauis foramina obſtruere põt nõ tñ omnia. In hoc etiã ſtatu cũ obſeruatione legis naturæ, & diuina gratia, liberũ arbitriũ mereri põt, licet difficulter, ex fomite, qui eſt appetitus ſenſitiuus, iuſtitia originali non cohibitus. Ex perditione iuſtitiæ originalis naſcitur homo naturaliter intellectu ignorãs, & uti tabula raſa, cui nil eſt inſcriptum, & cum prauo affectu intellectiuo naturaliter inclinato ad cupiditates affectus ſenſitiui, quæ prauitas dicitur concupiſcentia, & pœna contracta ex Adæ peccato, quoniã ex eius inobediẽtia, ſummota eſt ab omnibus iuſtitia cohibens affectum ſenſitiuum rebellẽ rationi. Poſt hanc eſt cõcupiſcẽtia acta, & pœna etiã uoluntaria, cuiuſmodi eſt paſſio ignominiæ, de qua loquitur Pau. ad Ro. cap. i. Alia eſt pœ

na inflicta, quæ patienti animo eſt ferenda. Prima cõcupiſcentia ſiue pœna eſt cauſa peccati, quæ dicitur lex membrorum. Secuuda pœna eſt peccatũ. Tertia eſt pœna peccati. In ſecũdo ſtatu ſecundi ſtatus, qui fuit ſub lege Moſis, ultra legis naturæ obſeruationẽ, & diuinam gratiam exigebatur ad ſalutẽ in adultis obſeruatio cerimonialis legis Moſis. In tertio autem ſtatu legis, ſcilicet Euangelicæ opus eſt adultis liberi arbitrii bono uſu morali, lege naturæ & lege euãgelica, ut obſeruentur, quæ euãgelica lex, licet grauior ad obſeruandum uideatur, nõ tamen eſt, eo, ꝙ in hoc ſtatu copioſior donetur gratia ſeruandi legem, operatur enim facilius liberum arbitrium ex fide explicita in Chriſtum iam paſſum, q̃ in ſtatu fidei, quæ erat de Chriſto uẽturo, & de pręcio paſſionis exhibẽdo. In tertio ſtatu liberum arbitrium mereri non poteſt ſibi præmium eſſentiale, poteſt tamen congrue nobis uiatoribus, & ſibi gloriæ accidentalis augmentũ (gaudium enim eſt angelis ſuper peccatore) ſed nec poteſt peccare, quũ iam ſit in termino cõfirmatum, ex cuius confirmatione fit liberimũ. In quarto ſtatu, liberum hominis arbitrium mereri non poteſt, Deo illi demerito illius coagere nolente, nedum ad opus meritorie bonum, uerum etiam nec moraliter. Poſſunt quidem damnati operari bonum ex genere cum circunſtantia mala. Vti epulo; nolebat damnati fratres, ne eius aggrauaretur ſupplicium ei diuina iuſtitia debitum. Poſſunt etiam bonum opus tantum natura bonũ operari, & operãtur

quoniã blasfemãt Deũ die noctuq́;. In primo ſtatu, liberũ arbitriũ potuit nõ peccare & peccare. In ſcđo nõ poteſt nõ peccare, uel uenialiter. uel ſi ſit in charitate eſt peccare nõ poſſe mortalr, & nõ poſſe nõ peccare uenialiter, ſi uero ſit ſine charitate nõ poteſt non peccare mortalr. In tertio ſtatu nõ põt peccare, at in quarto ſtatu neceſſe eſt peccare. Nã dãnatoꝝ mala uolitio, & eſt pcm̃, & eſt pctí pœna, ſed nõ eſt cã pctí. Hæc (ut breuiꝰ potui) collegi expõnibꝰ catholicoꝝ.

Hæreticorũ poſitio eſt triplex, una eſt Manichęorum, aſſerẽtiũ in hoíe duas naturas eſſe. Vnã ita bonã à bono Deo factã, ut peccare nequeat, aliam uero ita malã, à malo deo, ut bene agere nequeat. Hęc funditus liberũ deſtruit arbitriũ, habuitq́; ortũ ex qbuſdã oraculis ſcripturarũ ꝑperã acceptis, & adeo erronea eſt, ut reprobatione egeat minime diſputatiua.

Lutherus, & Vulephus, aſſerũt hoís animã ſe habere ad omnia opera, tam bona q̃ mala mere paſſiue ad bona quidem ſpiritus gratiæ dono, quo eripit̃ anima ſupra naturã corruptam ita, ut opera efficiat excedẽtia uires ſuas, ad mala uero ex naturę corruptione naturaliter rotatur, & quodãmodo uiolẽter ꝓcipitatur, & neceſſario peccat, niſi a ui ſpiritus eripiatur. Putat quoq; Lutherus diuinæ gratiæ iniuriam fieri ſi prædeſtinaſſet eos tantummodo de adultis, quos nouiſſet ſua libertate benefacturos eſſe. Quod qdẽ falſum ex eo putatur, aperteq́; uidetur, q̄ in diuinis ſcripturis ſæpius hominibus præcipiatur bene operari cũ diuino auxilio, ut poſtmodũ ampliora bona

iuſte, ac miſericorditer à Deo ſuſcipiant. Pręcipit enī Dominus Ieſus petere, ut accipiamus, quęrere ut inueniamus, pulſare, ut aperiatur nobis. Et Petrus apoſtolorū uertex inquit. Credite in Ieſum & ſalui eritis. Et Regius Pſaltes. Accedite ad eum, & illuminamini. Dominus quoq; diſcipulis præ triſtitia dormiētibus inquit. Vigilate, & orate, ne intretis in tentationē. Diuinum tamen auxilium quodlibet opus noſtrū præuenit. Ob hoc in Canticis Canticorū habetur. Miſit Dominus manum ſuam per foramen, & contremuit ad tactū eius uēter meus & ſurrexi, & aperui dilecto, quoniam non mouet̄ interior animæ rationalis uēter, ut ſurgat, & aperiat Chriſto ſponſo, niſi prius ſpōſus ſuæ inſpirationis manum animæ applicet. Nam primo anima inſpiratione Dei tangitur, deinde timore peccati concutitur, & mox ex conſenſu ſurgit, & aperit dilecto ſponſo Chriſto. Primum à ſolo fit ſponſo in anima pœnitentiis, uel uocati, non ab anima ipſius uocati, uocatione uidelicet inſpiratiua. Secundū fit ab anima iuuante Deo, in quo facto capacē ſe reddit, & ſponſo ſe accomodat conſentiendo, & hæc eſt ultima diſpoſitio in prædeſtinato ſuſcipiendi primū effectum Dei prædeſtinantis, quæ ſimul eſt cū charitate, quoniā ultima diſpoſitio, & forma, quæ inducēda eſt ſimul ſunt tēpore. ingreſſus aūt ſpōſi. i. charitatis donatio à ſolo ſpōſo eſt. opa uero meritoria à ſpōſo, & ſponſa iūctis in ſpiritali charitatis matrimonio. Hoc ſenſit beatus & dilectus Chriſti Ieſu diſcipulus Ioā. Apoc. cap. iii. cū inquit. Ego ſto ad hoſtiū, & pul

ſo, ſi quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cœnabo cum illo, & ille mecum. Pulſat Chriſtus uocãdo, aperimus cũ Dei auxilio, uocationi conſentiendo, intrat Chriſtus charitatẽ. Largiẽdo, cœnat nobiſcũ, & nos ſecũ, dũ ille nobis, & nos illius gratiæ cooperemur.

Pellagius Brito tenuit Deũ nos liberos miſericordi pietate effeciſſe, qua libertate gratis cõceſſa, poſtmodum abſq; alia ſuperaddita gratia, ex ſola diuina lege, aut uerbo externo, ex uirib⁹ noſtris poſſumus mereri gloriam. Peccare, à peccatis ſurgere, & ceſſare ab illis, peccatũ uincere, pœnitere ſalubriter, ita, ut ex bonis operibus liberi arbitrii (qđ eſt eſſentialiter uolũtas) elicitis, & imperatis Deus nos exaudiat, & ſaluet, ut collegimus a beato patre Auguſtino cõtra Pellagianos, & præſertim in libro cõtra cœleſtiũ & Pellagiũ. xiiii. xiii. xvii. &. xxiiii. capi. & in libro de natura & gratia. vi. &. viii. cap. & hæreſim ſuam ſex rationibus firmabat quarum prima eſt.

Omnis utens ratione poteſt ſeipſo mereri, & demereri. hęc ueritas ꝓbat̃ per Eccleſiaſticũ cap. xv. d. Scio, ꝙ fecerit Dominus hominem rectum, ſed ipſe poſtmodum infinitis ſe miſcuit erroribus. Et eo cap. Deus ab initio conſtituit hominẽ, & poſuit eũ in manu conſilii ſui, poſuit ante illum, ignem, & aquam, ad quodcũq; uoluerit manum apponet, & dabitur ei, & Dominus Deus Iſraelitis inquit. Si audieritis me, bona terrę comedetis, ꝙ ſi nolueritis gladius deuorabit uos, & Dominus in Euãgelio. Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & ſequatur me. Ioã. capi. i.

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, & multo plura ſcripturatum adducuntur à Pellagio oracula.

Secunda talis eſt. Si Deus gratis in nobis bona efficit opera meritorie, nobis non debetur merces ex operibus quæ à nobis non ſunt, & conſequenter nō reddet cuipiā ſecundū opera ſua. Nec aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat q́ſq;, prout geſſit in corpore, ſiue bonū, ſiue malū. Subinde ſi bonū egimus, aut Deus in illo bono ope, iuuare nos uoluit, aut nō. Quòd ſi uoluit, etiā adiuuit. Omnia enim quæcūq; uoluit, fecit in cœlo, & in terra. Si uero Deus non adiuuit, & non bene egimus, uoluntas Dei, à noſtra erit ſeparata, & poterimus Deo reſiſtere. cōtra illud. Heſter dicentis. Dñe Deus in ditione tua cūcta ſunt poſita, & nō eſt, qui tuæ reſiſtere poſſit uolūtati. Dominus enim uniuerſorum tu es. Sed ſi noluit gratis iuuare, ut bene ageremus Deo imputetur noſtrū ommiſſionis peccatum. Ad beati Apl̄i Pauli dicētis oraculum. Deus operatur in nobis uelle & perficere. reſpondet Pellagius, q̄ Deus creādo in nobis liberū arbitriū fecit in nos principium uolitionis, & operationis exterioris imperatę. Item dedit legem dictantem quid facere, & uelle debemus.

Tertia eſt, niſi daretur gratia credendi, nil nobis uerbi Dei prodeſſet prædicatio, ut excitaremur ad fidem, & opera meritoria. Atqui euidētiſſimum eſt, nō eſſe inanem euangelii prædicationem. Sola ui igitur liberi arbitrii credere poſſumus. Propterea inq̄t apoſtolus, Fides eſt ex auditu, ſ. nedū acq̄ſita, ſed & īfuſa,

auditus aũt per uerbũ Chriſti. ſ. prædicatũ. Subinde petere, quærere, pulſare, orare, Deũ inuocare, reſiſte re Diabolo, à peccato reſurgere, facere cor nouũ, & ſpiritũ nouum, declinare à malo. & facere bonũ, non exigerentur à Deo nobis, ſi liberi non eſſemus.

Quarta ratio talis eſt. Si Deus libero arbitrio im poſſibilia factu præcepta dediſſet (uti fingit Lutherus) non utiq; iuſtus eſſet, ſed Tyrannus potius pu taretur, qui onera nedum grauia ; atq; importabilia imponeret. Sed Chriſtus Dñs, leuia impoſuit mãdata, i. non multũ difficilia, eo dicente. Iugum meũ ſuaue eſt, & onus meum leue. Dilectus quoq; Ioãnes aſ ſerit eius mandata grauia non eſſe. Moſes. xxx. capi. Deute. dicit uice Dei. Mandatũ quod dedi tibi non eſt ſupra te, ſed iuxta te, hoc eſt tuas non excedit uires, ut ſeruari non poſſit. Ex his itaq; patet, mandatũ in facultate liberi arbitrii eſſe, ut ſeruetur.

Quinta ratio hæc eſt. Tota ſcriptura nobis Deus præcipit, ut iuſti ſimus, ac in iuſtitia maneamus, ſurgamus à peccatis, quare fit, ut non peccare noſtrum ſit, licet poſſe non peccare ſit à Deo. Ita enim liberum arbitrium à Deo creatum eſt noſtrũ, ut poſſit ſuapte natura non peccare. ergo ſola ui libertatis poſſumus nõ peccare, & iuſti eſſe. Dicẽte Dño, Mariæ Magda lenæ. Vade & noli amplius peccare.

Sexta ex ſacris ubiq; literis colligimus liberũ arbitrium omnẽ Dei gratiam præcedere & miſericordiam. Nam Deum legimus hominum expectare pœ nitentias liberas. Ezechi. cap. xviii. In quacũq; hora

ingenuerit peccator, uita uiuet, & non morietur. Ioel ii. Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, & ſcindite corda ueſtra, & nõ ueſtimenta ueſtra ait dominus omnipotens. Huiuſcemodi q̃plurima habentur ex ſcripturis elogia, quæ breuitatis cauſa non citantur. Hęc fuere Pellagii Britonis fundamenta, pro diuinæ gratię auxiliatricis extinctione, ad quæ omnia opponitur ſeruatoris dictũ illud. Sine me nihil poteſtis facere, hoc eſt nullius meriti opus abſq; gratia mea, & ad eius ſingulas rationes ita ſatisfacimus.

Ad primam negamus ſola ui liberi arbitrii, citra Dei gratiæ auxilium poſſe mereri. Nam ſola charitate à peccato liberatur homo, ut fiat liber ad merendã beatitudinẽ æternã. Dicente Dño Io. cap. viii. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Apoſ. ad Epheſios inquit. Gratia ſaluati eſtis, & non ex uobis. Dei enim donum eſt, nõ ex operibus, ne quis glorietur, Et licet à principio creationis mundi fecerit Deus hominẽ rectũ; nunc tamen Adæ peccato cũcti in puris naturalibus naſcimur filii irę. donec miſerẽtis Dei gratia liberemur. Quo fit, ut citra gratiã omnẽ Dei, nedum exterius bene, uerũ nec interius meritoriæ, & ſalubriter uelle poſſimus.

Ad ſecundam dicimus, non omnẽ eſſe nobis Adæ peccato ablatam operãdi libertatem, quin poſſimus excitari, & ad fidem inclinari, uel infidelitatẽ, & quin poſſimus concipere, examinare, deliberare, ſuadere, diſſentire alicui propoſito naturaliter, Atqui homini

eſt ablata libertas integra operãdi uidelicet merito-
rie,& credendi ſupernaturalibus ueritatibus, uti in Chriſtum Dñm,& ueritatibus a Chriſto Dño, p̃dica
tis ſupernaturalibus, uti ſunt illæ. Ego & pr̃. Vnum
ſumus,& exiui à patre,& ueni in mundum etiã abla-
ta eſt poteſtas, ut ſola libertate, Dei ſemota gr̃a, fiat
quis chriſtianus. Quo ſit, ut ad huiuſcemodi opera
gratia Dei indigeamus, cuius Deus petitionẽ,& prę
cipit ut petamus quæramus eam, ut ea habita, cũ ea
opemur ſalubriter. Hãc gratiã cunctis Irę filiis ęquè
ſufficiẽter offert, aliquibus uero nedũ ſufficientẽ, ſed
& ſuperabundantem, ſupra id uidelicet, qđ petũt, eã
elargitur, de cuius ſuperabundanti largitate non eſt
mirandum, ſed benedicendus Deus in omnibus, bo-
nis ſuis. Proponit quoq; ſuauis & bonus Dñs. Sæ-
pius ultra interiores inſpirationes uerbum externũ,
hortamenta, correctiones, quę ſunt paterna flagella,
angelorũ directiones,& cuſtodias, ut ſe homo adul
tus præparet ad ſpiritum gratiæ,& fiat chriſtianus.
Hinc in actis Apoſtolicis dicitur Deũ aperuiſſe cor
lydiæ, quo in ea intẽderet, quæ Pau. apoſt. p̃dicabat.

Sed forte dices, cur aliquibus mediis,& uehemẽ
tioribus inſpirationibus, uocet magis aliquos,& ali-
quos non in gratiam ſuam, ut de Tyriis,& Sydoniis
Math. cap. xi. dicitur. Quod egiſſent pœnitẽtiam in
cinere & cilitio. Si Dñs Ieſus in eis ip̃a feciſſet ſigna,
quæ fecerat in Corozain,& Bethſayda, & cur Ty-
riis,& Sydoniis imputãda erit indeuotio,& in pœni
tẽtia? Idẽ peti poteſt de paruulis in originali decedẽ

tibus, ac de idolatris in infidelitate obeuntibus, qui ſi uerbum ſalutis eis proponeretur conuerterentur.

Ad hæc primo dici poteſt, ꝙ in Capharnaũ, Corozayn, & in Bethſaida tm̃ p̃dicauit Dñs Ieſus, qm̃ à patre tm̃ miſſus fuerat ad oues, quæ perierãt domus Iſrael, patris enĩ ordinatione. Chriſtus tm̃modo fuit circũciſionis miniſter. i. Iudæorũ p̃dicator. teſte apl̃o. Secũdo poteſt dici Chriſtũ cunctoꝝ futuroꝝ præſcium illos præuidiſſe, iterũ poſt cõuerſioné in peccata grauius eſſecaturos, ſi poſt pœnitentiã, ac receptã fidẽ recidiuaſſent. Tertio dicit̃ Dñm Ieſum nõ debuiſſe ſubtrahere uerbum Corozayn, & Bethſaide ciuitatibus ex aliquorum pertinacia, eò, ꝙ ex illis ciuitatibus ſua prædicatione aliquos collegit Apoſtolos, Petrum uidelicet Andream, & Philippũ. Quarto dici poteſt id, qđ aſſerit Hadrianus Cimbricus, & Albertus Magnus in notulis Euãgelioꝝ. Quòd licet Dñs Tyriis & Sydoniis ſupabũdanté gratiã ſua prędicatione nõ tribuerit, nõ tñ ſubtraxit ſufficientem ſalutis gratiam, eo ꝙ tunc Tyrii, & Sydonii lege naturæ, ſaluari poterãt, ſi ex peccatis obicem oblatæ Dei gratiæ non poſuiſſent, quam cunctis Deus uniformiter offert. Ita quoq; pueri in iniuſtitia naturali decedentes, etſi nõ beantur ſuper naturali, ac indebita naturali beatitudine, beantur in lymbo naturali beatitudine. Gentiles, ac idolatræ ſufficienter uocantur omnes, uel interius, habito mox rationis uſu ut primo huius uoluminis lib. capi. ultio ſatis diximus ſi poſt uocationé id faciũt, quod de ſe facere poſſunt,

& debēt, Dominicę monitioni præbendo aſſenſum, Deus illis ſuam præbet charitatē, & ita flaminis baptiſmo ſaluantur, quinimmo pietate ſuperabundanti uſq; ad ultimū inſtans liberi arbitrii, non deſiſtit bonus Dominus uocare omnes homines uiatores, ideo illis imputetur, ſi non ſaluantur.

Cur aūt non cuipiam offerat, & donet gratiam ſuperabundantē, & uocationē, ſtulta eſt petitio, poſſet enim pariter peti cur non omnia animalia fecit angelos, & omnes lapides carbūculos, aut cunctos angelos non fecit ſeraphicos ſpiritus, hac enim uarietate ſapientiam ſuam, & libertatem oſtendit, & ita uarietate decorat uniuerſum. Satis ſit, q; Deus uult quantū ex ſe eſt, omnes ſaluos fieri, & ad agnitionē ſui peruenire, ſufficientem omnibus præſtando gratiam.

Alii uero de Titiis Sydoniis, pueris, & infidelibus dicunt eos non ſaluari, quia nō ſunt prædeſtinati, ſed iuſto Dei iudicio reprobati, & ad hoc probandū, primo ſupponūt prædeſtinationis, & reprobationis diffinitiones. Prædeſtinationem dicunt eſſe Dei uoluntatem, proponentem homini ſuo tempore miſereri, eūq; ſegregare de perditionis maſſa, hoc eſt à reprobatis, in qua diffinitione tangunt Dei æternum propoſitum, & temporalem effectum ordinatum ad conducendum hominem adultum ad uitam æternā, uti eſt iuſtificatio formalis, ſiue charitas, quæ eſt temporalis effectus Dei prædeſtinantis, & fides, & ſpes. Reprobationem uero aſſerunt eſſe Deum uolentem dare gratiam & gloriā reprobatis, & hoc non dare gra-

tiam,eſt indurare. Ex quibus diffinitionibus oſtēdūt Deum,non ita eſſe reprobationis paſſiuæ cauſam,uti eſt paſſiuæ prædeſtinationis cauſa,eo, q; prædeſtinā do,uult Deus dare gratiam,quæ eſt medium ſalutis, & uult uocare,iuſtificare,illuminare prędeſtinatum, & peccata remittere,atqui reprobando non uult inſtigare ad malum,aut peccatum ſuggerere, ſiue excitare,ad libidinemq; inclinare,malumq; concupiſcentiæ. Hinc ſanctus dicit Iacobus apoſtolus, Deū malorum eſſe intentatorem,& Paulus inquit,Per unum hominem peccatum intraſſe in mundum.

Quū aūt dicitur Deum indurare,non eſt intelligendum, Deum duritiem inducere, ſeu obſtinationem, & inobedientiam,aut excæcationem. Atqui duritiē, & cæcitatem, quam ex ſeipſis incurrere reprobati,ex illorum malitia, Deum non auertere, ut nō tollendo fidem,ſed eam non immittendo,& in infidelitate relinquendo,& ita teſte Dño,non poſſunt conuerti,& ſanare eos non uult Deus, uolūtate conſequēte. Hinc dicit Dñs. Math.xiii.cap. Incraſſatum eſt cor populi,& auribus grauiter.i.moleſte audierūt,oculos ſuos clauſerunt.i.ſua ſponte uerbis meis aduertere noluerunt,ne quando uideant oculis.i. conſiderationibus aduerterēt prædicationis meæ ueritatem,& auribus ſcilicet mētis audiant,cordeq; intelligant,& conuertantur,& ſanem eos,& ita manifeſte inſinuat ſeruator incraſſationē cordis.i.peccati uoluntariā peccatoribus cauſam eſſe,ut non conuertantur,& ſaluentur.

Subinde notādū eſt,aliud eſſe Deum permittere

aliqué ruere in peccatū. Aliudq; eſſe, Deum ei, quice cidit nolle miſereri, & aliud eſſe, hominé in peccatū lapſum deſerere, ad hoc ut ruat in deſyderia cordis ſui. Primū facit Deus, abſq; p̄cedẽtibus demeritis ca dentis, ad oſtẽſioné ſuæ ſapiẽtiæ, quæ ſapiẽtia Dei ho minem cadenté liberū fecit, ita ut ſinat eū facere ſuos motus naturales. Ita permiſit angelos, & primos pa rentes ruere in inobedientiæ peccatū. Secūdū facit Deus ſuper eū, qui ſuis demeritis factus eſt miſer, & facit cum eo, & hoc modo permittit infideles adul tos multos prius interius uocatos, quū primū utun tur tatione, & ſunt rebelles internæ uocationi in infi delitate, & peccatis perſiſtere, & ita noluit forte miſe reri Tyriis & Sydoniis, qui propria libertate deſe rentes legé naturæ, ceciderūt in peccata. Ipſi Tyrii, & Sydones primo deſerẽtes Deum, à Deo ſunt poſt modū deſerti. Tertiū facit Deus iratus ex demeritis libere peccantiū, de quibus inqt Dauid. Nõ audiuit populus meus uocé meã, & nõ intẽdit mihi, & dimi ſi eos ſecūdū deſideria cordis eoꝝ. Diuina itaq; uolū tas uolés ſic tribus modis hoïem peccatum habere. Aut permittẽdo in peccatū labi, aut peccãti nolẽdo miſereri, aut deſerẽdo peccatoré, quo ruat in deſide ria cordis, dicit' Dei reprobatio. & ex dictis patet. cõ tra Lutherū, neminé à Deo pelli in peccatū, qa licet Deus, qui dicitur reprobatio actiua, ſiue reprobãs, non apponat gratiam, ſicuti pueris in originali dece dẽtibus, aut ſubtrahat gratiam uoluntarie peccanti bus poſt acceptam gratiã, aut quis gratia careat, nõ

tamen ad malum opus quempiam impellit.

Carere gratia, aut gratiam à Deo non apponi, poteſt eſſe abſq; peccato actuali, ſed ſubtractio gratiæ eſt peccati ſequella. Primum facit Deus ſine iniuria pueris in originali morientibus, quia ſunt ex maſſa perditionis, ideo gratia ſunt indigni. Secundum facit Deus cum iuſtitia, quoniam peccatum eſt priuatio ſpeciei, modi & ordinis, quia priuat grã, & pulchritudĩe uirtutis, & eſt exceſſus amoris ĩdebiti, aut defectus debiti, eſtq; op'i finẽ ultimũ nõ ordinabile.

Sed nunquid Deus, qui diligit omnia quę ſunt, & nihil odit eorum quæ fecit, odit reprobatos? Ad hoc dicitur, odire eſſe boni nolitionem, aut mali uolitionem, quod odium eſt, uel non propter mala merita, aut eſt propter mala merita peccantium. Triplex uero eſt malum, primum naturæ, ſecũdum pœnæ, & tertium eſt malum culpæ, & triplex bonũ naturæ, ſcilicet gratiæ & glorię, quibus ſtantibus dicitur Deum reprobatis nolle malum naturæ, quod eſt eſſe. hoc nanq; modo diligit omnia quæ ſunt, & nihil odit eorum, quæ fecit. Secũdo odit reprobos, eis uolendo malum pœnæ. Et tertio odit quoad actus deformiter à reprobis factos. Diligit ergo reprobatos tantũmodo quoad eſſe naturæ, & nõ quoad eſſe gratiæ finalis, & gloriæ. Triplici uero amore diligit prædeſtinatos. Naturæ ſcilicet gratiæ, & gloriæ, quoniã illis uult, hæc tria bona, naturam, uidelicet, gratiam, & gloriam. Amor autem diuinus reſpectu gratiæ finalis, & gloriæ prędeſtinatio eſt, Horum autem re

probatorum aliquos odit. ſecundo & tertio modis, non ex malis meritis, uti paruulos in originali decedentes. Alios autem odit Deus ex malis meritis, uti idolatras, & malos chriſtianos adultos, eis uolendo culpam & pœnam. Pueros enim ex iniuſtitia originali oppoſita originali iuſtitię, ſiue naturali. Adultos uero peccatores ex iniuſtitia perſonali oppoſita legali iuſtitiæ. Pueri ſunt iniuſti priuatiue, uel magis negatiue, peccatores autem ſunt iniuſti poſitiue. Eò fit ut damnationis reprobatorum aſſignetur cauſa in reprobatis, ob quam reprobantur. Prædeſtinatorũ uero adultorum tantum ratio congrua aſſignatur, ob quam Deus prædeſtinationis conferat gratiam finalem, & gloriam.

Sed contra inſtatur. Si Corozain & Bethſaide cõminatus eſt Chriſtus ęternum uhe, ꝙ inter eos multi fuere rebelles propria libertate prædicationi, & prodigiis Xp̃i, & ita eoꝝ libertas cauſa exiſtit reprobationis. Cur & libertas bene operantium, non erit cauſa prædeſtinationis illorũ? Ad hæc dicunt. Beatitudinem de Deo, & in Deo habitam, uires superare humanas, ideo niſi liberum arbitrium charitatis dono uiuetur, beatitudinẽ attingere non ualet. Dãnatio uero conditionem hominis nõ ſuperat, quo fit ut liberi arbitrii malo uſu naturali damnemur, ſed nõ bono eius uſu, citra charitatem ſaluemur. Videtur autem aliquibus, liberum arbitrium dãnationis cauſam eſſe, multis rationibus. Prima quidem eſt. Quod dilexerit Deus Iacob ad ſalutem (ut multi gloſant)

Eſau

Eſau autem oderit ad damnationem,ſed hoc non niſi ex præuiſo bono libertatis uſu in Iacob. Alias liberū arbitrium nihil ualet ad ſalutē.Secundo inquit Beatus Auguſtinus. Prædeſtinationem ſcientiam eſſe eorū,quæ facturus,& largiturus eſt Deus ſuper homines,uel ſine ipſis,nel cooperantibus ipſis ad conſequendam uitam æternā,ſed homo per liberum arbitrium Deo tantūmodo cooperatur,& ſine hominibus ex ſola gratia operatur in paruulis. Liberū igitᷣ arbitrium eſt ſaltim prædeſtinationis concauſa. Tertio ſic probatᷣ,Brauium,corona,retributio,remuneratio,& merces in ſcripturis uoluntariis promittuntᷣ tolerantiis,& bonis operibus intuitu Dei actis, dicēte Domino.Beati eſtis cum maledixerint uobis homines. Mathæi quoq;.xxv.c.dicturus eſt Dominus, ꝓdeſtinatis.Exuriui,& non dediſtis mihi &c. Quarto ita præſcientia meritorum liberi arbitrii eſt cauſa prædeſtinationis, uti prædeſtinatio eſt cauſa uocationis, ſed uocati libere conſentientes accurrunt in ſinum Dei patris.ergo libere operaturi bonū,præſciuntur,& prædeſtinantur.Quinto in ſcripturis habetur,Deū nolle quēpiam perire,ſed conuerti, & ad agnitionem ueritatis peruenire,quantū ex Deo eſt, ſi modo homo uelit,ergo ſalus pendet ex ſolo libero arbitrio.Sexto dicit Ambroſius ſuper illo ad Rom. ix. Miſereor cui miſertus ero. inquit, eius uidelicet cuius præſcius eram,q; miſericordiam daturus eram miſereor.Septimo.Prædeſtinatio electionē ſupponit,dicente Apoſtolo,Vt ſecundum electionē ꝓpo-

poſitũ Dei maneret, ſed electio nõ põt eſſe ſine rõne, & aliqua cauſa ex parte eligibiliũ, & nõ põt alia eſſe, q̃ liberũ arbitriũ unius bene operãtis, & alterius male agẽtis. Beatus Auguſtinus idẽ cõfirmat ſup illo. cuius uult miſeretur, & quẽ uult indurat, dicẽs talis miſericordia, & iduratio, nõ eſt irrationalis. i. habet cur, & quia. Octauo, diuina reprobatio tria conſignificat, primo æternũ Dei odiũ reſpectu pœnarũ, & priuationis gloriæ, ſecũdo cõſignat reprobati indurationẽ, quæ cõtingit reprobato ob hoc, q̧ uel nõ apponit charitatẽ Deus, aut appoſitã aufert reprobato. Et tertio connotat dãnationẽ æternã. hæc aũt tria hñt pro cauſa libertatẽ reprobati, ſaltim primũ & tertiũ connotatũ. Salus ergo æterna habet pro cauſa libertatẽ prædeſtinati. Octauo dicit Paulus. Se remiſſionem á Domino accepiſſe de pſecutione, q̃a ignorans fecit. i. pſequutus eſt eccl'iam Dei. ſi ergo ignorãtia fuit cauſa cõmiſſionis peccati. ergo, & libertas cauſa erit ſalutis. Eſt aũt notãdũ, Paulũ intellexiſſe, eius ignorãtiã fuiſſe cauſam alleuiantẽ peccatũ, nõ aũt fuiſſe meritoriã p̃deſtinationis. Decimo ſic, inobediẽtia eorũ, qui uocati fuerũt ad cœnã, fuit cauſa ob quã nõ uenerũt ad cœnam, ergo obediẽtia uocatorũ, eſt cauſa', ut ad cœnam ueniant regni cœlorum. Vndecimo, ſint duo æqualiter iuſti, æqualiter à Deo adiuti, & æqualiter tentati. cur alter ſuccumbat tentationi, alter uero nedum reſiſtat, uerum etiam ſuperet malum non alia uidetur cauſa, q̃ liberum arbitrium. Bono itaq; uſu liberi arbitrii prædeſtinamur, ac ſaluamur.

In oppoſitũ ſtat Paulus Apoſtolus cap.i.ita ephe ſiis loquens.Prędeſtinauit nos Deus in adoptionem filiorum ſecundum propoſitum uoluntatis ſuę,in lau dem glorię ſuæ,in quo etiam nos ſorte uocati ſumus in laudem gloriæ eius.Et idem.Q ui nos uocauit uo catione ſua ſancta,non ſecundum opera noſtra,ſed ſe cundum propoſitum, & gratiã eius. Ad Ro. quoq; cap.ix.inquit.An non habet poteſtatẽ figulus luti fa cere aliud quidem uas in honorem, & aliud in contu meliam? Et idem prætẽdunt omnia elogia primo hu ius uoluminis libro citata pro Luthero,quæ breuita tis cauſa amplius non repeto,& ita ex nullis liberi ar bitrii meritis prædeſtinamur ac ſaluamur.

Ad omnia argumenta pro utraq; parte facta præ mitto nonnullas diſtinctiones,& ſeptem ueritates,& ita utraq; poſitio conciliabitur,& clare ex his oſtende tur,Deum non prædeſtinare ex ſolis operibus liberi arbitrii,ſed cum illis,& eius charitate ſimul infuſa.Et hoc prætendunt rationes pro utraq; parte.

Prima diſtictio eſt.Q uòd duplex eſt p̄deſtinatio, actiua uidelicet,& paſſiua ſiue formalis.Prima eſt dei uolũtas,ſiue amor,ſiue Deus uolẽs nobis dare grãm finalẽ,& gloriã ęternã.Paſſiua p̄deſtinatio,ſiue forma lis,ſunt Dei beneficia ſupnaturalia,uti charitas,quę eſt formalis iuſtificatio,& actus beatifici, uiſio, frui tio,& tẽtio. Secũdo notãdũ eſt ꝙ p̄deſtinationẽ hr̃e cãm,aut aliq̃d,habere cauſam duobus modis ĩtelligi põt. Simili modo aliq̃d alterius cauſam eſſe, aut ha bere cauſam ꝓductiuã,effectus, aut nõ productiuã

effectus,ſed tantum eſt imperatoria, præparatoria,
& meritoria, ut cauſa propria producat effectũ,quo
niam aliquid efficit,pro quo meretur, ut aliquid ſibi
tribuat̃ ex congruo,uel ex condigno. His ſtantibus,
pono ſeptem ueritates.

Prima ueritas eſt. Bonus uſus gratiæ ſiue charita-
tis dandæ,bonus naturaliter uſus liberi arbitrii, aut
moraliter bonus,non ſunt cauſa p̄deſtinationis acti-
uæ,quoniam prædeſtinatio, & reprobatio actiua,eſt
Deus immutabilis,& incauſabilis. Secunda ueritas,
bonus uſus liberi arbitrii naturalis nõ eſt cauſa meri
toria totius p̄deſtinationis paſſiuæ,ꝗ eſt charitas uię,
& beatitudo æterna, quæ ambæ dicuntur prędeſti-
natio paſſiua,& intelligo bonum uſum uolũtatis na
turalẽ,nõ eſſe cauſam de cõdigno meritoriã charita
tis & glorię,ſed bene cãm eſſe cõgrue meritoriã, &
motiuã,quo Deus ab ęterno decreuit bñ uſuro natu
raliter ſuo libero arbitrio dare primã charitatẽ, quæ
eſt primus effectus Dei prędeſtinantis, & mediante
charitate cum conatu liberi arbitrii, Deiq́; accepta-
tione quę ſunt radices meriti,decreuit Deus dare ui
tam æternam beatam, ſi in charitate perſeuerauerit
uſq; ad mortẽ. Hunc libertatis uſum,naturaliter bo
nũ ex genere cũ bonã circũſtãtia, aut moraliter p̄ue
nit nedũ generalis Dei coagentia,ſiue influentia, ſed
etiam ſpecialis gratia gratis data,quæ omnibus adul
tis indifferẽter offert̃ à Deo,uel ſufficiẽter,etſi nõ ſu
perabũdanter. Nõ enim uidet̃ rõni cõſonũ. Deũ ſuæ
motioni inſpiratiuæ reſiſtenti, & conſentienti æquè

bene retribuere, licet talis bonus uſus naturalis uoluntatis non ſit ratio, aut meritum dignum charitatis, & gloriæ, quia eſt adhuc actus inimici. Tertia ueritas eſt, quũ homo eſt charitate iuſtificatus, eius opa ob deũ præ cũctis dilectũ acta, ſunt partiales cãçmeritoriç, ut Deꝰ, q eſt ṗdeſtinatio actiua, augeat in ṗdeſtinato charitatẽ, & gloriã, q̃ ſunt ṗdeſtinationes paſſiuæ, uel formales, quod dictum ꝓbatur ex Apl̃o ad Ro.ca.v. Iuſtificati gratis.i.magis per gratiã ipſius.ſ. prius datam. Quarta ueritas. Nullus actus hominis ante primã charitatem eſt Dei effectus in quãtum prædeſtinantis, licet ſit actus Dei, in quantum omnibus creaturis coagẽtis nec talis actus meretur de cõdigno, charitatẽ, aut gloriam, quæ ſunt prædeſtinatio paſſiua, & effectus prædeſtinationis actiuæ, quæ eſt Deus, quia omnis actus hominis charitatẽ præcedens, eſt actus filii iræ, & inimici Dei, ſaltim ex iniuſtitia originali, qua homo in puris naſcitur naturalibus, quomodo poſt animç Adæ creationẽ, nõ eſt producta Ieſu chriſti anima, nec eius intemeratç matris quia licet eorũ animæ nõ fuerint ꝓductæ cum iuſtitia originali, fuerunt tamen concreatæ cũ copioſiſſima charitate. Ex his patet ꝙ nec obediẽtia præuiſa liberi arbitrii hominis, nec fides prçuiſa ſine charitatis ſpiritu, ſunt effectus prædeſtinationis actiuæ.i. Dei in quantum prædeſtinãtis etiam non ſunt, aut erunt meritum prædeſtinationis paſſiuæ condignũ.ſ. charitatis, & gloriæ ſed erunt meritum congruũ. Quinta ueritas, bonus uſus meritorie liberi arbitrii condi-

gnus, augmẽti gratiæ, & gloriæ eſt partialis effectus prædeſtinationis actiuæ. i. Dei ut prędeſtinãtis, & eſt partialis cauſa augmẽti charitatis & gloriæ, quæ dicuntur, & ſunt pdeſtinatio paſſiua, ſiue formalis, Paſſiuã prædeſtinatione in primo libro diximus, eſſe hominẽ pdeſtinatũ. Sexta ueritas, bonus uſus gratiæ dandæ à Deo, quũ ſit prædeſtinationis actiuæ effectus, non eſt cauſa meritoria totius effectus, prædeſtinationis paſſiuæ, quia non ſuiipſius eſt meritum. Septima ueritas, opera meritoria, ſunt ſimul à gratia, ſiue charitate, quæ idẽ eſt, & à conatu liberi arbitrii, & ab acceptatione diuina, & tam gratia q̃ liberũ arbitriũ, ſunt talium operũ concauſa totales, ſub Deo tamen, quia in totum opus agũt, ſed nõ totaliter, qa illarum quælibet diuiſim ſumpta non meretur. His ſtantibus patet ꝙ argumenta arguunt merita ſolius liberi arbitrii ſine charitate, non eſſe effectus prædeſtinationis actiuæ, nec cauſa prædeſtinationis paſſiuæ, aut merita ſine charitatis gratia ideoq; ad illa ultra non reſpondeo.

Sed quis dubitabit, qũo ſtabit liberũ arbitriũ cũ præſciẽtia diuinaq; pdeſtinatione, quũ nil poſſit al'r eſſe, q̃ Deus puideat æternaliter in uerbo ſuo, nec al'r res poſſint eſſe, q̃ Deus ſe facturũ puiderit, & uoluerit æternaliter, nec poſſit ullo modo diuinum immutari cõſilium. Ante ſolutionẽ huiuſcemodi cauillorũ Martini, liberũ arbitriũ deſtruere conantis, ſciẽdum eſt ex ſcripturis primo. Deũ multa facere, quæ potuit nõ facere. patet Math. cap. ii. An non poſſum ro

gare patrem meum,& exhibebit mihi pluſq̃ duode-
cim legiones angeloꝶ,& Mathæ.iii.capi. Potens eſt
Deus,de his lapidibus ſuſcitare filios Abrahę. Secũ
do põt Deus multa p̃ſcire eẽ futura,quæ qa nõ erũt,
nõ præſcit futura eſſe,& põt non p̃ſcire futura,quæ
poſſunt non fore,quæ tamen p̃ſcit quia erunt. patet
hoc ex apoſtolo dicẽte.Q ui ſtat,uideat ne cadat, &
allibi,caſtigo corpus meũ,in ſeruitutemq; redigo,ne
forte cum aliis prædicauerim ipſe reprobus fiam.Ita
quoq; noſcit Deus quoſdã mori in gratia, quos po-
tuiſſet noſſe in peccato morituros ſi diuti⁹ uixiſſent.
Subinde de Enoch libertate loquẽs ſcriptura dicit.
Raptus eſt,ne malitia mutaret animum illius,quæ li
cet malitia nunq̃ animũ illius erat mutatura,potuiſ-
ſet tamen libertatem eius mutare,& hoc Deũ noſſe,
quod tamen nunq̃ nouit.Ex quibus patet Deũ,ſtan
tem hominẽ potuiſſe præſcire,q̃ caderet, & præde-
ſtinatũ Paulũ potuiſſe præſcire,q̃ reprobatus eſſet.

His iactis fundamẽtis ad Lutherum reſpõdeo.Et
Primo dico Dei p̃uiſionẽ p̃uiſis nõ imponere neceſſi-
tatẽ,uti in.ii.libro dixi.Secundo dico,res ita eſſe fu-
turas contingenter,aut neceſſario,uti illas præuidet
Deus fore,& ea quæ præuidit æternaliter fore con
tingenter,eis præfecit cauſas cõtingentes, quæ uero
neceſſario,cauſas aptauit eis neceſſarias. Q uũ autẽ
inqt Lutherus,nõ poſſe aĩr res fieri,aut eſſe,q̃ Deus
p̃nouit,& uoluit æternaliter uerũ dicit. Si ly.poteſt
ſtet cõpoſite,non autem ſi ſtet in ſenſu diuiſo,quoniã
aliqua ſcita,& uolita, à Deo ſunt,& contingenter, &

contingentia; & in ſenſu compoſito nil infertur, niſi ꝙ neceſſitate conſequentiæ pſcita, erunt, quia nil ſcitur, niſi uerum, non autem infertur, ꝙ erunt ex neceſſitate conſequētis. Exemplū. Si currit ſor. neceſſario infertur, ꝙ mouetur, licet cōtingēter moueat̃, Si ſic (ut dixi) non eſſet, ex Lutheri fundamēto. Deus nō eſſet omnipotens, quia nō poſſet omne poſſibile. Itē, ſi Deus non facit ex neceſſe multa, quæ poteſt facere, ita poteſt multa nō præſcire futura, quę tamen poteſt præſcire futura eſſe. Nihil enim poteſt in futuro Deus facere, niſi quod puiderit pro illo tempore fieri poſſe. Sicut ergo pſciētia Dei, qua uidet ſe aliquid facturum eſſe, non repugnat ſuæ libertati, qua poteſt illud nolle facere, ita quoq; eadē pſcientia nō pugnat cum libertate humana, qua poſſumus facere illud, quod puidit Deus, quod nos facturi ſumus. Deus, id quod futurū eſt, uidet ſe facturū eſſe, nō neceſſario, ſed libere, ut uidelicet, poſſit nō facere illud ſi uelit, & ſi poteſt facere Deus id, quod præſcit ſe non facturū eſſe, nō ſequitur, ꝙ fallatur præſciēdo, ſicut nec ſequitur, ꝙ ſi Deus pſcit nos aliquid nō facturos eſſe, hoc nos nō poſſimus facere, iuxta illud. Qui potuit facere mala, & nō fecit, ergo Deus nō fallitur, aut falli poteſt pſciēdo. Hæc balbutiēdo potius reſonamus pro cōcordia diuinę pdeſtinationis, & liberi arbitrii, prędeſtinationis tamen & pſcientię infallibilitas, & imutabilitas, & ęterna electio cū poſſibilitate liberi arbitrii, aut flexibilitate eius, uix comprehēdi pōt. Hæc tanta de Tyris, & Sydoniis, Corozain, & Bethſaida,

pro reſponſione ad tertium argumentum.

Ad quartũ argumentũ principale Pellagii dicit̃ Deum tantũmodo poſſibilia dediſſe hominibus mã-data, nõ p̃cepit nobis uolare, aut cęco naturalr̃ p̃ce-pit uidere, ſed p̃cepit, ut ſeruemus eius p̃cepta, cum eius prius petita, & obtenta gratia, quã petere inſpi-rat, & illam uult nos petere, ut illum agnoſcamus eſ ſe patrẽ, à quo ſunt omnia bona, & ut in eum creda-mus, ſperemus, & totis neruis amemus, familiaritatẽ cum illo contrahamus, cum aũt gratiã eius habueri-mus, mandata eius nobis grauia, non ſunt, iugumq; euangelicum nobis ſuaue efficitur, & leue.

Ad quintum dicit̃, Deũ nobis p̃cepiſſe, ut iuſti ſi-mus ac in iuſtitia pſeueremus, & ſi peccauimus à pec cato ſurgamus, cum eius uidelicet gratia petita, & ob tenta. Ita quoq; claudo p̃cipitur, ut ambulet, & ſtet erectus, ſed non niſi cum baculo, & nõ aliter. Homo enim cõcupiſcẽtiarũ faſce preſſus nequit eſſe iuſtus, aut in iuſtitia perſiſtere fidei, ſpei, & charitatis, aut á pc̃tõ ſurgere uiribus naturę abſq; gratię Dei auxilio.

Ad ſextum reſpõdetur, ꝙ motus uolũtatis bonus in Deũ, & pœnitentia utilis, & cõuerſio ſalubris, tan-tũmodo in nobis poſt receptã gratiã, & nõ ante. Deꝰ nãq; initium fidei, & bonæ uoluntatis inſpirat, ut mi ſereatur noſtri. Et ſummatim in hac materia. beati pa tris Auguſtini obſeruãda eſt regula in ſacris ſcriptu ris, dum opera bona, uel exigunt̃ ab homine, uel tri-buuntur homini tacita Dei gratia, non intelligit̃ ex-cluſa, ſed intellecta. Cũ bona uero tribuũtur diuinę

uoluntati, aut gratiæ tacita humana uoluntate, ipſa uoluntas hominis in operibus bonis, non intelligitur eſſe aliena ab actione, & operatione, quanuis nonnulla operetur Deus in nobis per gratiam ſuam præuenientem uocans & excitans nos, & chariſmata Spiritus Sancti humano pectori infundens. Ideo, non eſt improbandũ. Si quis dixerit, nos natura, & uoluntate noſtra bene uiuere. Deum ſuper omnia diligere, in Deum credere & in Ieſum, quia intelligitur, hæc nos efficere natura, & uoluntate noſtra ſanata, & adiuta fide perfecta. Ita intellexit Apoſtolus ad Rom̃. Gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis, ſunt faciunt. Qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis teſtimoniũ reddẽte illorum cõſciẽtia ipſorũ. Hinc Auguſtinus actus noſtros, fidei, ſpei, & charitatis, uoluntati noſtræ tribuit, cum inquit. Noſtrum eſt quærere, rogare, & pulſare, quia ſemper intelligitur uoluntas noſtra, Dei gratia excitata, adiuta & ſanata, habitus tamen infuſi, fidei, ſpei, & charitatis á ſolo Deo fiunt, in homine, non ab homine, & eorum actus fiunt à Deo cum homine ſimul. Et ita conceditur éx libero noſtro arbitrio, nos uitam mereri æternam, & ſub hoc intellectu, Deus prædeſtinauit electos ad ſalutem ex uſu liberi arbitrii, ſcilicet ſanato & gratificato, & ſic ſtat concordia liberi arbitrii. cum prædeſtinatione, & diuina preſcientia eterna, quinimmo predeſtina

tio non ſignificat Deum, niſi ſimul connotet liberum arbitrium, & auxilia gratie Dei, ut in ſecundo capite primi diximus libri. Salutis enim noſtrę ſumma ſpiritui gratie imprimis, & noſtro dehinc, tribuitur libero arbitrio, ut cooperatores Dei ſimus, Eſaias pro libertate loquitur. Si uolueritis, & audieritis me bona terræ comedetis. Pro gratia Apoſtolus inquit. Non eſt uolentis neq; currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Pro libertate Domini cuiq; daturum iuxta opera fatetur. Qui pro gratia prædicat eum operari in nobis uelle, & perficere pro bona uoluntate, & non ex nobis, nequis glorietur. Pro libero arbitrio. Iacobus Apoſtolus appropinquandum eſſe Deo prędicat, ut ſe appropropriet nobis. Quum nemo teſte Domino ad ſe uenire queat niſi percitus a patre. Pro libertate hortatur ſcriptura, ut uias noſtras dirigamus, & pro gratia orat Regius Pſaltes. Dirige in conſpectu tuo uiam meam. Arbitrii uim oſtendit Salomon dicens. Omni cuſtodia ſerua cor tuum, cuius infirmitatem oſtendit, quum inquit Paulus. Dominus cuſtodiat corda ueſtra, & intelligentias noſtras. Et Dauid pro ui libertatis inclinauit cor ad faciendas iuſtificationes Dei ob retributionem. Qui pro arbitrii exilitate petit inclina cor meum in teſtimonia tua. Pſalmus inquit. Cohibe linguam tuam a malo; & labia tua ne loquantur dolum, & pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circũſtantię labiis meis. Chriſtus omnibus præcipit

uenite ad me omnes qui laboratis &ce. Et nemo pōt uenire ad me niſi pater t. eū. Paulus Corinthis dicit, ſic currite ut cōprehēdatis. Ioānes baptiſta. Libertatis ſuperciliū deprimit d. Nemo pōt quicq̄ accipere, niſi ei fuerit datum deſuper. Ex his certos redimere, ꝙ nequaq̄ ſtudio noſtro ſine Dei ope perfectionem poſſumus attingere, nec ſufficit humana ſedulitas. Laborum merito omnē citra cooperātem gratiā ad ſublimiora beatitudinis p̄mia peruenire. Dicamus itaq; cum ꝓpheta momētis ſingulis. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moueant̄ ueſtigia mea. Liberum arbitriū noſtrū procliuius uel ignoratione boni, uel oblectatione paſſionū fertur ad uitia. Idcirco petamus aſſidue, uti inuiſibilis rector mētis humanę ad uirtutū potius ſtudia illud retorquere dignet̄. Niſi q̄a Dominus adiuuet me (inq̄t ꝓpheta) paulo minus habitaſſet in inferno anima mea. Ex hiis non tollitur libertatis uis, ſed ei diuinū p̄ſtatur auxiliū, ut non ſolum illa, atqui Dei gratia ſecum operetur.

De hominis libertate, quæ in hoc termino, quod Prædeſtinatio dicitur continetur ſiue conſignificatur. Cap XIIII.

DE HAC PRAEDICTA LIbertate hominis, quæ prædeſtinationi nedum non obſtat, ſed in ea cointelligitur, dicamus eam, quādoq; à theologis rationem, quandoq; potentiā eligendi, & contemnendi, quādoq; iudicium appellari. Dicitur anima noſtra ratio, iudicium, arbitriumq;,

quo eſt diſcretio ſeu uis diſponendi ſeu diſcerndi. Id quod fieri debet, quę diſcretio.i.prudentia, nec mereri, nec demereri poteſt, cũ ſyndereſis (quæ uis eſt ſuperior) ſit, legens in prima ueritate, & ab ea regatur (conformis enim primę eſt ueritati) dictando bonũ fieri debere, & malum contemni. Vocatur aũt poteſtas eligendi & contemnẽdi, ſiue libera uolũtas, quo conſiliatum per diſcretionem.i.prudentiam, efficaciter appetere, & contẽnere põt, & in illud conſentire, & diſſentire, ſiue in alterũ deliberatorũ, & cõſiliatorꝝ. etſi id, quod eligit, bonũ eſt opus, ſupra hominis naturam, indiget ſpiritu gratię, ut eligat, quo non exiſtente ſpiritu, efficaciter non eligit Vis animi ſuperior eſt ſyndereſis, media eſt arbitrium, infima eſt libertas.

Manichęi in homine duas eſſe mentes, mutuũ inter ſe conflictum habentes, bonam & malam, ſpiritum, & carnem. Ideo ſuſpicati fuere ꝙ Apoſtolus dixerit caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus adſus carnẽ, ita ut quęcũqȝ perficere uolumus, nequeamus. Peccatũ à mala mẽte proficiſci contẽdũt, nec ꝑ liberum arbitrium uitari quoquomodo poſſe.

Iouinianus negat, quẽpiã accepto regenerationis lauacro peccare poſſe, & ita liberũ non eſſe ad peccãdum, uel noua nõ egere gratia poſt baptiſma ad merendum, iam ſemel ſanata exiſtente anima.

Pellagius uult liberum arbitriũ ſuo conatu poſt baptiſma, omnẽ citra Dei nouã gratiã, quoduis peccatum uitare poſſe nec noua egere gratia, quo pie, meritorieqȝ uiuat ſiue operetꝰ, ſed quo facilius, expe

cogitur,&uero aſſentire. Quo uero memoratiua eſt, ex ſpetie conſeruata,& habituata memoria eſt.

De animi igitur noſtri ſubſtantia quo liberum dicitur arbitrium,eam ideo liberam facimus , non propterea , ꝙ ſuapte natura ſine omni auxilio externo , ſuum libere contingẽter queat ꝓducere actũ, ob hoc , ꝙ auctor omnium Deus , tam à ſe tantum producibilium , q̃ à creatura partialiter , immediata ſit cauſa,ſed non præciſa,totalis,& totaliter Deus eſt cauſa . Ideo producibilium à Deo , & á creatura Deus licet immediata ſit cauſa, non tamen eſt præciſa, nec totalis,totaliter , ſed tantum totalis in totũ agens effectum,ideo ſolus Deus liber eſt , ut effectũ ſine omni auxilio externo operetur.hoc tamen in ſolo naturali intellectus lumine non concederet Philoſophus. Propterea inquit ſcriptura. Omnia opera noſtra operatus eſt dominus,uti uidelicet totalis cauſa, licet non totaliter.

Neq; animus noſter , ideo liber eſt,aut dicitur, ꝙ ſibi auxilium externum ſibi opportunum ad operandum efficere poſſit, quia Deus , qui nobis in omnibus auxilium eſt neceſſarium factibilis non eſt , qui cum uerbo ſuo cuncta produxit , quin potius animus noſter eius opus eſt. Teſtante propheta,& dicente. Qui finxit ſigillatim corda eorum,qui intelligit omnia opera eorum. Neq; eò liber eſt hominis animus, ꝙ contingenter omnibus ad operãdum ei exiſtentibus cooperetur,quoniã omne agens etiã non liberum,ut ignis eſt, cunctis ad comburendum

exiſtentibus aliis(excepto Deo)requiſitis,non com burit,aut comburere poteſt,ſed contingenter, eo, q non contingit quippiã fieri à creatura,& idmet ſimul à Deo non fieri. Nec cõtingit aliquid ad extra á Deo produci,& id contingenter non produci. Dixi ad extra,quoniam filius Dei producitur ad intra neceſſario,& ſpiritus ſanctus à patre,& filio neceſſario ſpiratur. Neq; poſtremo poteſt aliquid à Deo fieri cõtingenter, quod neceſſario fiat à creatura,quę à Deo libere aſſumitur,& contingenter ad operandũ, Cũctis itaq; naturalibus concauſis ad calefaciendum requiſitis igni exiſtentibus, poteſt Deus igni ad calefaciẽdum cooperari, & non cooperari, ut patet in tribus pueris Sydrach,Miſach,& Abdenago, quorũ ligamina(cooperante Deo)combuſſit ignis, & non uel puerorum capillos ei,ad hoc non concurrente Deo.

Stabit in hoc magis humanę libertatis ratio,q; animus noſter intellectu,& uoluntate,cum Dei auxilio eligere poſſit,& contemnere ſibi propoſitum uolibile,& nolibile,& in hoc aliquo modo humana diuinę ſimilis eſt libertati. Aut forte in hoc magis conſtat, animam liberum eſſe arbitrium,q omnibus ad pductionem alicuius effectus,ratione pręoſtenſi requiſitis eodem modo ſe habentibus,nullo uariato ex parte ſui,uel alterius poteſt ita producere, ſicut nõ pducere, non quidem pro eodem momento,ſed diuerſis ſucceſſiue. Et in hoc potentia libera à naturali ſeiungitur,quoniam naturalis ad unum oppoſitoꝝ determinatur omnibus ad coagendum eodem modo ſe

habentibus

habentibus requiſitis non poteſt non operari.

Animi igitur noſtri ſubſtãtia, licet reſpectu intellectionis, potentia ſit naturalis, quo tamen eſt uoluntas, eſt poteſtas libera appetitiua reſpectu cuiuſlibet obiecti, præterq̃ ultimi finis, in quo intuitiue uiſo rationem comprehendit omnis boni.

Liberum itaq; arbitrium pro uoluntate ſupponit, & connotat actum intellectus, oſtẽdentem obiectũ, cui actui poteſt ſe pro libertate cõformare, & difformare, & euidenter experimur animam noſtram, intellectu, & ratione arbitrium eſſe, & per uoluntatem liberum eſſe, cum nihil libere ꝓducere queat, niſi prę-uia rationis deliberatione, & diuino auxilio concomitante, ſiue concauſante. Dixi etiam liberum arbitriũ uim eſſe uulneratam peccato originali quod gratia mitigat quoad fomitem, ut uinci poſſit, licet non extirpari, quia ita nobis expedit. Ratio etiam obſcurata eſt, non extincta, uolũtas ad honeſta inefficax eſt, & ſic ratio fide, & ſcriptura adiuta eſt, ita uoluntas ex gratia adiuta fit efficax ad honeſta, quæ gratia copioſius in lege euangelica miniſtratur.

Obiectio quòd ex Dei coagentia non ſit homo liber. Cap. XV.

SI VOLVNTAS HVMANA exigit Deum concauſantem, non erit in eius poteſtate libere operari, ueluti nec in eius eſt facultate cooperãs deus, cõcauſans, etſi ad opus eius concur-

reret Deus,tanq̃ cauſa ímediata , nihil fieret ab hoíe contingenter,eo,ꝙ uoluntas Dei determinata ſit ad alterum contradictoriorum. Eſſet quoq; impeccabi lís homo,cuius opus ímediate,& prius cauſat Deus in quo priori actus eſt rectus. Subinde quum Deus uult noſtrum uelle,cauſat ipſum.ergo Deus uolitio-nis noſtrę totalís eſt cauſa.& anima ſuperfluit ad cau ſandum,alias duæ eiuſdẽ effectus eſſent totales cau-ſæ,& totaliter.Ad hæc dico,ex ſacris paginis, Deum libertati humanæ omnino, ac neceſſario coagere in quolibet eius opere,etiam demeritorio,uti in homi-cidío,& adulterio,alioquin nec ei coaget ín merito-rio actu.& falſum Apoſtoli oraculum eſſet.Non ſu-mus ſufficientes cogitare aliquid à nobis,quaſi ex no bís ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt.Quid habes(in-quit ſcriptura)quod non accepiſti?Quod ſi accepi-ſtí,ꝗd gloriaris,quaſi nõ acceperis?Apoſtolus. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatu, operatus eſt mihi inter gentes.Item omnia opera noſtra operatus eſt Dominus.Tota ſcriptura Dei in omnibus coagen-tiam docet. Actus præterea moraliter bonus , non eſſet à Deo.& omne datum optimum , & omne do-num perfectum , non erit deſurſum deſcendens à patre luminum.i.angelorum.Dicit euangeliſta Ioã-nes.Nõ poteſt homo quicq̃ accipere,niſi ei datũ fue rit deſuper.Nec præſcius eſſet Deus futurorum cõ tingentium ; quũ neſcire poſſet,quẽ actum eligeret uoluntas.& ita omnis periret prophetia , quæ diui-ni luminis radius eſt,quo propheta afflatus uentura

prædicit,& futuros hominum actus,bonos,uel ma-
los p̄dicit. Nec omnipotens eſſet,cum euentura,quę
neſciret ꝓhibere non poſſet,nec omnibus coopera-
ri poſſet. Hæ autem ſequellæ hæreſes ſunt damnatę.
Ideo nobis oppoſitis,dicimus.Deum noſtro coope-
ratorem animo,non auferre libertatem humano , ut
nec præcognitio prærequiſita animo, eius actui libe
ro libertatē aufert . Dicitur nanq; eo animus liber , ꝙ
omnibus requiſitis coexiſtētibus,eligere poteſt,& cō
temnere Deus uero paratus eſt cuilibet eius actui
coagere , quē uoluerit.Licet ſecunda cauſa, non libe
re cauſet,prima non libere concurrente.Deus etiam
ab æterno non eſt determinatus ad alterum contra-
dictoriorū,niſi contingēter,quū effectuum ad extra,
ab eo producibiliū,ſit cauſa cōtingēter,& libere, nec
uolēdo,uoluntatis humanæ cauſa totalis eſt,totali-
ter,quū uelit ſibi etiā alias cauſas cōcurrere,&coope
rari. Et eſtò animæ noſtræ non obſtaret ſuū totaliter
cauſare effectum,diuinæ tamen obſtaret omnipotē-
tiæ.Hinc fit,ut quemadmodum non poteſt ceeatura
eſſe,ſine Deo conſernante,ita neq; cooperari poteſt,
abſq; Deo coagente.

De multiplici hominis libertate. *Cap.* XVI.

IMPIISSIMVS LVTHERVS
inquit libeꝝ arbitrium nedū ex p̄ſciē
tia Dei,uerū etiā ex Adæ p̄ctō, & Sa
thanæ regno præualēte de ſolo titulo

ſignum eſſe, & ꝙ cuncti homines ex Adam, ueluti ex radice infecta nati, tantum opus carnis agũt generali motu Dei, & cum ex Adam mali ſint nati, Deus eis ad malũ tm̃ cooperat̃ opus uti & tripes uti, iumentũ claudũ, à cuſtode tm̃ claudicãdo agi poteſt, & deduci. Ita niſi à propria corrupta natura, liberũ arbitriũ uis ſpiritus ſancti eripuerit, ſolũ peccare põt. Nos autem relinquimus ſintillam homini corrupto liberi arbitrii, qua cũ generali Dei motione, nedum uelle, & contẽnere naturaliter poteſt. (ut Lutherus alibi inquit) ſed etiã poteſt uocanti Deo miſericorditer aſſentire ante plenam ſpiritus ereptionẽ, & facere, qđ in ſe uirium eſt, ut ſequatur, petendo, formatam fidẽ, ideſt fidẽ cum ſpiritu gratiæ. Quód ſi aliter eſt, & Lutheri uera eſſet hæreſis, Dominus noſter malorũ eſſet auctor, dũ peccatores ad ſe redire excitaret, quoniam excitati ſe præparãtes ante gratiæ ſpiritũ peccant. Publicanus peccatoꝝ ſuorũ mole cõtritus, propitiũ ſibi petẽdo tuſo pectore Dominum, ante receptam ueniã perperã egit. Eſaias uice Dei, homines ad peccandũ inuitaret dicens. Conuertimini ſicut in profundũ receſſeratis filii Iſrael. Propriæ uocis ignarus Lutherus dicit. Impoſſibilia nobis Deum factu, quo deiiciamur cõteramur, de nobis deſpemus, & de nobis alto ſentiamus ſupcilio nihil ꝑcepiſſe. O inſane Luther, ubi nos ſtipites efficis, hoĩes confiteris eſſe. Qua obſecro uia ad deiectionẽ, contritionẽ, & deſperationem ſui homines citari poterunt, niſi omnino liberi ſint? Deiectio ipſa, ſuiq; deſcrepatio, aut

cum ſpiritu charitatis eſt, aut nō, ſi primum dederis, iam ad illa contritionis, deiectionis, & deſperationis opera, a ſpiritu Dei acti homines, liberi nō ſunt, quia etiam ad præſentiam ſpiritus per te, libertas tollitur ei, qui à Domini ſpiritu agitur. Si ſecūdū conceſſeris, iam Deus ad peccandū, & ſeipſum Deū iritandū inuitabit, quoniam ex te Luthero opus citra charitatis ſpiritum factū, peccatū eſt, & præparationes uocatorum mere ſunt hypocriſes. Dehinc ex tua oſcitantia, cuncti Ethnicorum actus, etiā moraliter boni, uel ſaltim ex genere (uti tu concedis) mali eſſent, quodquidem aſſerere duriſſimum eſt.

Statuit enim Deus, ut decalogi præcepta, ex conditione ſeruemus, cū charitatis ſpiritu, ſi beati optamus, & licet is, qui præcepta Dei non ſeruat mortaliter peccet, nō tamen ſine ſpiritu grãæ obſeruator præceptorum peccat licet non meretur, alioquin in parentes pietas filiorū, & à peccatis abſtinētia, ethnicis peccatum eſſet, quæ dicta abſurdiſſima ſunt. Infidelitas, gratiæ bona, & non naturæ extinguit.

Nunc de multiplici hominis libertate, ex abundāti ſubiungemus. Dicit̃ itaq; hominis anima libertas à peccato, cū charitatis ſpiritu afficitur, quo à peccati, & diaboli duro liberatur ſeruitio per Ieſum Chriſtum, qui nobis ſuo generali, ac ſpeciali influxu exitatis, ut præparemur ad ſpiritū gratiæ (ſi modo diuinæ aquieuerimus uocationi) dicēte Dño. Omnis qui audiuit à patre, & didicit. i. aſſentit, hic uenit ad me. ſ. per charitatem, quā illi dono, impēdit. Niſi adeo natura-

libus bonis abuſi fuerimus (ueluti perditiſſimus Pharao) mereamur delinqui, & ratio penitus obſcurata, & uolũtas deprauata fiũt. Nec ob hoc, ꝙ diuino charitatis ſpiritu ad meritorie operandũ indigemus, non liberi ſumus (ut putauit Lutherus) quoniam ea etiã cuncta libere efficere poſſumus, quæ cũ amicis præſtò auxiliantibus, efficere poſſumus. Poſſumus autẽ ad charitatis ſpiritum præparari. Si perditiſſime (uti Pharao) non uixerimus, qui demeruit, ut non tã copioſe Dominus ſuæ influeret libertati, quantũ ei deprauatiſſime opportunum influi fuerat, ut reſcipiſſere poſſet, uel in pœnam priorum peccatorum nõ influxit. De hoc ſpiritu inquit Seruator. Si filius uos liberauerit uere liberi eritis, & Apoſtolus. Vbi ſpiritus, ibi libertas. Peccato fit anima Diaboli, peccatiq; mancipiũ, ita ut uix diaboli proteruia, ac peccati conſuetudine impellente, opera moraliter bona, etiã gratia gratis data operari queat, ob hoc ab eruditiſſimis dictum eſt. Neminem niſi ſapientem, ideſt bonum, liberum eſſe. Nam ſeruitus eſt obedientia fracti animi, atq; abiecti, & arbitrio ſuo carentis.

Si quis quærat quid illi ſint diuini influxus, quorum alterum generalem, alterum ſpetialem, & tertiũ ſpetialiſſimũ uocamus. Ita quærenti dicimus. Quòd ſi Dei influxus Deus ſit influens, idẽ erit generalis, ſpetialis, & ſingularis. Et influxu cooperabitur Deus ad peccandum, cum naturalem uoluntatis humanæ actum cooperetur. Sed ſi Dei uim productã, creaturis cooperantẽ, generalem uocemus influxum, Dei

 94

optimi max. coagentiam, qua cuncta ab eo condita mouet, influxum dicemus generalem, gratiam uero gratis datam, ſpetialem, & charitatis ſpiritum, influxum dicemus ſingularem, ſine quo bona meritoria exequi non ualemus, quum animæ ſine gratiæ ſpiritu, exiſtentis opera, ſint peccatricis, & Dei inimicæ. Alia uero bona reliquis influxibus.

Dicitur animus noſter libertas à miſeria. Quum nullis afficitur pœnarum miſeriis. Nam libertas naturæ, eſt libertas á coactione. Libertas gratiæ, eſt libertas à peccato. Libertas gloriæ, eſt libertas à miſeria. Beatorũ animi cũ fuerint à ſeruitute corruptióis erepti, & in libertaté filiorũ Dei euecti, à quorũ oculis iã abſterſerit de⁹ oẽm lachrymã, luctũ, & clamoré oẽm, abiectis cũctis mortis fomẽtis, uere liberi erũt.

Hæc libertas, eam, quæ eſt á peccato libertatem, quæ dicitur gratiæ, excedit, eo, ꝙ, quum inimica nouiſſima deſtruetur mors, nedum à peccati, & diaboli, duro erimus ſeruitio liberi, ſed ab omni pœnæ malo, & damni, tuncq́; exequemur efficaciter id, quod uolemus. Libertate naturæ quæ uis propoſita uelle, & nolle diuiſim, poſſumus, nolita autem impedire, aut uolita exequi, quandoq́; non ualemus, quoniam ad actus imperatos, cogi, & impediri poteſt, quo uero ad elicitos, nõ. Licet induci ſuaſione, & timore poſſit, ad id uelle, quod prius noluit, & econtra, & mutari poſſit à Deo, producente, uel deſtruente nolle, & uelle. Poteſt etiam libertas difficultari circa agibilia nõ autem minui, quãto uidelicet minuitur delectatio, &

eius augetur triſtitia in operando. Ad producẽdum actus imperatos aliæ concauſæ requiruntur, præter uolitionem,ſed ad uolitionẽ producẽdam,ſufficit uoluntas cum cognitione obiecti.

Hæc tertia eſt naturæ libertas. Superat hæc prima,& beata libertas Adæ innocentis libertatẽ, quã in terreſtri iuſtus poſſedit paradiſo.Cui tunc non tãta fuit libertas ut quocũq;.quod uoluiſſet,potiretur, & tamen tũc liber fuit à miſeria.In aliquo tamen beatorum libertas,Adæ innocenti ſimilis eſt.Quoniam Adam ante charitatis ſpiritũ receptũ,mereri condigne nõ potuit,nec fuit ei libertas meritoria propriis ex uiribus.Ita nec in beatis libertas eſt meritoria,reſpectu habitæ beatitudinis,quoniam beatis charitatis opera ſunt p̃mia. Quo fit, ut nec gratiæ ſpiritus aſſiſtentia,nec eiuſdem abſentia,libertatẽ adimat,uel minuat.Etſi charitatis ſpiritus gradualiter in uiatoribus augeat̃,licet magis prompta fiat ad eliciendum, actus meritorios.quoniam animi ſub̃a intenſionem non ſuſcipit,nec remiſſionem.

Subinde non ſequitur,ꝙ ſi abſq; Dei influxu ſpecialiſſimo quę charitas dicitur,mereri non poſſumus, liberi non ſimus.ueluti non cõſequit̃,ꝙ liber non ſit homo etiã in uoluntatibus naturalibus, ſi nõ adſit generalis influxus.Ita auxiliũ ſpecialiſſimum humanæ præſto eſt menti, ſi mens ad id,ultro ſe præparet,ut illa influentia generalis ad humanas uolũtates eliciẽdas,tam bonas,q̃ malas præſto eſt. Hinc Ioãnes euãgeliſta ait,Dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri,Et q̃bus

hanc poteſtaté fecit Chriſtus. In ſolis iuſtis? minime. Hi iam erant filii, nemo iuſtus eſt, niſi ex gratia, qua filius Dei cõſtituitur. Magnis peccatoribus hęc oblata eſt poteſtas, ut ſi quantũ in ſe fuerit, ad hunc gratię ſpiritũ conſequẽdũ fecerint, præſto adſit auxiliũ dei. Hinc ſeruator ait. Lucæ. vii. Regnum Dei intra uos eſt. i. uẽſtra cõſtitutum eſt poteſtate, illud ut promereri poſſitis. nam ſi id feceritis, qđ in uobis eſt, Deus concedet gratiam, id promerendi.

Eſt & homo á ſeruitute liber quum legũ humanarum ſanctionibus, nemini ſubiicitur deſpotica ſeruitute. Eſt libertas, ſiue liber tunc dicitur homo à neceſſitate, quum ab alio, ut faciat, non cogitur etiam ſi nõ poſſit non agere.

Subinde plurimum differt inter producere cõtingenter, & producere libere, non cõtingẽter. & producere contingentia, neceſſario. Primo modo, ignis cõtingenter combuſtibile appoſitum comburit. poſſet enim non comburere, Deo igni non coagente, uti de tribus pueris in fornace poſitis dictũ eſt. Secũdo libere, & contingẽter loquitur homo. Tertio anima libere, & non contingẽter Deo fruitur intuitiue uiſo Deo, ſibi influxu generali coagente. Pater uerbum libere gignit, uolũtate patris concomitante. Volens enim gignit, & potens, & quando uoluit generare, genuit, & quum genuit uoluit, cum ab æterno genuerit, & uoluerit, licet illud non gignere non potuerit, quem tamen ad gignendum, nulla cogit poteſtas. Libere igitur uolet homo, id quod ab alio non uolet

coacte. Quartum modum concedit Lutherus Deũ, ſcilicet producere contingentia neceſſario, ſed nõ cõtingenter, quod ſupra improbauimus.

Eſt alia indifferentiæ libertas contenta ſub libertate cõtingẽtię, qua non magis in amabile, ſiue eligibile unum, q̃ in aliud, neceſſario fertur, ſed in utrumuis ferre poteſt.

Eſt cõtradictionis libertas, quũ uiciſſim pro libito partiũ cõtradictionis practicæ ſignificata eligere ſuapte natura põt, & meo iudicio, eſt hoīs uiatoris anima, quã. xiiii. huius ſecũdi libri capite deſcripſimus. Non enim, quo non eſt flexibilis, eſt libertas, alioqn, demon magis liber eſſet, cum ad bonum morale flecti non poſſit. ſed ad malũ tm̃ opus, & magis demon eſſet liber, qm̃ cõfirmati uiatoris aīus, q ad opus non flectit demeritoriũ, Deo ad id nõ coagẽte. Mala enī Demonis uolũtas peccati pœna eſt, & nõ peccatũ. Neq; quoad bonum opus meritorium, & demeritorium flecti poteſt, quoniam tunc animabus beatis liberior eſſet, quæ mereri, & demereri non poſſunt, Beati bonum eligunt, damnati nunquam eligere poſſunt. Flexibilitas ad id, quod uult habens liberũ arbitrium, non eſt libertas uiæ, de qua loquimur, quoniã hoc pacto, demones liberiores eſſent, q̃ ſancti, qa Demon flecti non poteſt, niſi in id, quod uult malum op⁹ moraliter. Eſt ergo libertas hominis, flexibilitas eligendi, & contemnendi id, quod placet, & amat, aut odit bonum opus, uel malum. Nec puto aliter ſumi libertatem contrarietatis, q̃ poteſtatem uolẽdi contra

riā diuerſis tēporibus.uti quia nūc placet calidū, & tūc frigidū. Quū itaq; dicimus Deum prædeſtinare eos,quorū æterna eſt ꝑnotio, q̄ ſua ſunt bona libertate uſuri,de contradictionis,& contrarietatis libertate intelligimus,quæ cap.xiiii,deſcripta eſt.

De Bono opere,quo prædeſtinantur electi. Cap. XVII.

QVID SIT ILLVD BOnum opus, Quo æternaliter cognito ꝑdeſtinantur quicūq; iam ab ęterno ꝑdeſtinati ſunt, aduertendum eſt. Actuū humanorū, alios eē natura bonos tm̄. Alios natura,& genere ſimul. Alios moral'r, ac Alios meritorie. Primi tm̄ malefieri poſſunt,ut odiū,ac Dei blaſphemia. Secundi bene,& male, etſi nō adſit circūſtātia mala,uti ꝑuerſa intētio,bene fiūt, uti elemoſynæ erogatio. Boni moral'r, & meritorie ſemper bene fiunt. Boni ex genere,bonum habent cōmune obiectum,licet non ſemper principale, aut ſecundarium, quę ſunt actuum circunſtantiæ, pendetq;,à tribus cauſis,à libero arbitrio, á gratia gratis data, & à Deo principal'r mouēte. Inqt eni ſaluator ſine me.ſ.cooperāte,uel opāte nihil poteſtis facere.

Opus bonū morale eſt id,quod,ut fieret,recta dictauit ratio,& eo factū eſt,q̄ ſic dictauerit ſynderefis, ſiue principium practicū,ſiue cōſciētia. Quòd ſi animi ꝑparationē habuerit,homo ardua quæq; aggredi ad mortē uſq;,ne uirtuoſum ꝑtermittat opus. Illud Heroicū opus,feritati oppoſitū appellabitur.

Bonum uitæ dignum beatæ opus, elicitur à uolũtate charitatis ſpiritu inſignita, Dei intuitu pcunctis creatis dilecti, & ab eo ad uitam beatã accepti. Ideo, ex tribus eſt, ex libero arbitrio originaliter, ex gratia, uti principio electiuo, & à Deo primo mouente.

Horum meritorum, alia ſunt uſus, & alia fruitiones. Vſus ſunt amores de creatura in Deo, & fruitiones Dei amores ſunt ppter deũ. Beatorum fruitiones; merita non ſunt, ſed præmia, reſpectu ipſorum, poſſunt tamen nobis eſſe merita, nam Dominus meruit nobis in parte, qua erat beatus, & paſſionis acceptatione, omnes ſufficienter redemit. Et eſt opus aliud, qđ indifferens ponitur eſſe, neq; bonum, neq; malum ſaltim moraliter, uti deambulatio in theatro, animi cauſa, aut præter intentionem, barbæ fricatio, unguiũq; morſus. hominis ſatius dicitur opus, q̃ humanum. Opus quod uis imperatum. ſui natura indifferẽs eſt. nam bonitatis & malitiæ moralis. ex animi intentione, bona uł mala ſumit nom̃. Intẽtio finis, uolitio eſt.

Vſus moraliter bonos, bona efficit uolũtas libere. ſi uoluntatem formauerit ad rectum rationis dictamen, & eo illam formet, quo recte dictauit ratio. Bonos condigue meritorie actus efficiãt homines, quũ uoluntates eliciunt efficaces, iuxta charitatis impetum. Voluntatẽ dico efficacẽ, quæ non finis tantũ eſt appetitus, ſed & mediorum ita eſt uoluntas, ut ſi nõ præpediat̃, ad mediorum executionem, cum uirium executiuarum imperio, ad opus ſe præcingat.

Ex his collige ſemper, melius opus minus bonũ

inferre.ſi meritorium eſt bonum, mox morale, ex genere, & natura eſt. Si eſt morale, non illico meritoriũ infertur eſſe, ſed ex genere, & natura. Si autem ex natura bonum eſt, & non mox ex genere, more, & merito, bonum eſt. In malitiis ordo eſt contrarius. Si natura, uel genere malum eſt, etiam mortaliter, & demeritorie malum eſt.

Aliqui diſtinguunt ſex operandi modos. Primus eſt meritorius. Secundus in Deũ directus, nõ tamen meritorius, aut moralis, ut a lubrico erogatio elemoſinæ Dei intuitu facta. Tertius operandi modus, eſt mora'is. Quartus ex genere. Quintus indifferens. Sextus ex natura tantum bonus eſt, uti Dei odium. Non autem tot modis dicitur malũ opus, eo q̃ ſummo bono nullum eſt oppoſitum malum. Summũ malum ſi eſſet, nil bono reliquum eſſet bono reliquũ eſſet, & ita non eſſet. quia eſſe, eſt bonum. Itaq; eſſet, & nõ eſſet. Culpæ quoq; malũ bono natura operi ineſt ideſt de termino ſignificante bonũ opus naturale, prędicatur. Bonum ex genere, compatit̃ malum culpæ, bonum gratiæ, culpæ malo, ſiue malitiæ contrarium eſt. Malum culpæ, & bonũ naturæ non pugnant, ſed unum de alio prædicatur. dicit Dñs, Homo malus ſuper ſeminauit zizania.

Et licet Auguſtinus. Fateatur contraria eſſe in eodem, quum dicitur, homo malus eſt, non cũ accipias ſic, q̃ malitia & omnino inuicem pugnẽt, ſed q̃ ad cõtrarios ordinetur fines, homo ad eundem finẽ ordinatur ad quẽ gratia, quæ uitio opponitur ad miſeriam

ordinato. Gratia, & homo ad Dei fruitioné ordinata ſunt. Hoc nomen malũ ſignificat id, qđ bonũ eſt, qđ deficit aliquo bono in eſſe debito, uti uinũ dicit̃ malũ, qđ dulcedine, aut ſapore deficit in eſſe debito.

Mala poſitiue, bona ſunt, & aliquibus bonis contraria, ut caliditas, & frigiditas. Malũ priuatiue, nulli opponit̃, eſt enim malum priuatiue priuatio ſpeciei, modi, & ordinis, uti homo ex fruitione creaturę, priuatur Dei fruitione. Secũdo, qa excedit in diligédo menſuram, & quantitatem diligendi creaturam, qua uti debet, & nõ frui. Tertio, priuatur ordine, quia talis libidinoſa dilectio creaturæ propter ſe diligétem, non eſt in Deum ordinabilis.

Ad opus igitur bonum reuertétes dico, ꝙ ad morale perficiendum opus, non exigitur charitas. alias nullus philoſophorum gentilium poſt Chriſti aduẽtum, bene aliquando ſua uſus eſt libertate. Superuacaneaq; eſſent de moribus Ariſtotelis ad Nicomacũ tam neceſſaria opuſcula, ut putauit Melancthonus Grammaticus. Niſi fortaſſis gratiam lato uocabulo, omne datum optimum, & omne donum perfectum á patre luminum manans dixerimus. Quòd ſi uocabuli ſignificãtiã ita acceptemus, etiam anima, & corpus, illorumq; ornatus, & qualitates, quibus bene aſficiunt̃ gratiæ ſunt, quũ nullis ꝑcedentibus meritis ab omnium auctore donentur. Citra huiuſmodi gratias, non ualemus nedũ boni eſſe, ſed nec eſſe. Quid habes (inquit ſcriptura) quod non accepiſti? Bona itaq; opera de charitatis ſpiritu ab adultis producta

in prædeſtinationis nomine ſunt accipienda.

Peter quis à quo magis opus meritorium, pendet. an à libertate, an à gratia? & dico à gratia, ita enim ſe habent liberum arbitrium, & gratia, uti equus, & ſeſſor ad curſum. Eſto equus eſſet liber, & ſeſſor eſſet agens naturale naturaliter inclinans, ut curſus tali uelocitate fiat, uel equus ad talem metam tẽdat poſſet magis uoluntati ordinatæ curſus ex naturali ſeſſoris inclinatione, q̃ ex ui libera equi uirtute placere. Ita opus hominis plus à Deo acceptatur ex naturali inclinatione gratiæ in ipſum Deum præ omnibus dilectum, q̃ actione libertatis, à qua ſecundũ ſubſtãtiam eſt actus, & uti ſeſſor, equi libertate abiicitur, uoluntateq; aliter, uel ad alium terminum, q̃ ſeſſor inclinat. Ita gratia ex peccato libere producto à uoluntate amittitur, quum aliter, aut contrarie operetur, q̃ inclinet charitatis ſpiritus.

Solo opere Charitate producto Deo ſeruimus .Cap. XVIII.

NEMO DEO FAMVLATVR niſi opibus de charitatis ſpũ ꝓductis, is.n. deo ſeruit, q dei p̄ceptũ iplet, eoq; opat̃ modo, quo Dñs p̄cipit. uñ in p̄s. dr̃. Ambulãs ĩ uia ĩmaculata, hic mihi miſtrabat. Qui citra charitatis ſpm̃ dei ſemiat uerbũ nõ ſeruit deo, charitas.n. legis eſt plenitudo.i.ĩpletio.

Operibus tantum legis ſine ſpiritu lex non impletur, lex impletur fide perfecta, quæ, ſcilicet per di

lectionem operatur.ideo lege iuſtificamur,& nõ operibus legis,legem implet,& Deo ſeruit.qui ardẽti affectu per ſpiritũ uiuificantẽ,impellitur ad opera legis.Qui uero ſine ſpiritu,opera legis facit legem nõ implet,nec Deo ſeruit.Omne opus,quod non eſt ex fide perfecta peccatũ eſt,ideſt nõ meritoriũ,& ad ſalutem eſt inutile.Quoduis opus citra fidẽ perfectã effectum fuerit,ſeruitium Dei nõ eſt.qm̃ ex illo, præceptum non impletur meritorie.Proinde,qui in mortali peccato eſt,licet quippiã faciat propter Deũ, nõ tamen primo mouetur ad opus illud,Dei intuitu,ſed pœnę cauſa,quam ueretur incurrere, uel utilitate, quam natura intẽdit,ac cõmodo, aut aura populari, uti Romani pro honeſto apparenti,& non uero pro patria occubuere,uti Q.Scęuola,& M.Attilius Regulus,qui non ſicut Deum glorificauerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.

Deus enim nõ eſt cordis motor primo. ad ſe niſi fide,ſpe,& charitate,quo fit,ut opus nõ ſit gratuitum, niſi gratia,etiam ſi bonum dicatur,bonoq; factũ intuitu,eo,ꝙ non ſit talis intentio bona bonitate gratuita & charitatis bonitate.

An intellectus practicus,aut uoluntas ſint liberum arbitrium, Cap. XIX.

VIDETVR PERPERAM dictum ſuper cap.xiiii. uoluntatẽ humanam, liberum arbitrium eſſe, quũ ſupra ſe habeat intellectum practicũ, qui eſt potentia iudicandi,& diſcernẽ

di ea,

di ea, quæ fieri debent, ab his quæ non debent fieri à nobis, ſine enim rationis dictamine uolũtas nõ eſt libere eligens rationabiliter, ac contemnens. Non enĩ eligit, & cõtemnit abſq; actu diſcretiuo, ſiue prudentiali. Vnde uidetur intellectum practicum primo eſſe liberum arbitrium ad iudicandũ, & concludendũ, & nõ uolũtatem, quia intellectus practicus eſt indeterminatus ad poſſe cõcludere de aliquo agibili, ſi debeat fieri, uel non, hoc, uel illo modo, hac, uel illa cauſa, hoc uel alio tẽpore, ad cuius iudicium ſequitur uolitio contingenter, uel neceſſario, ſi iudicet finẽ (cuiuſmodi eſt beatitudo euidentiſſime nota) neceſſario uolendum eſſe. Ad hæc dico duo. Primum eſt, ꝗ licet intellectus ab obiecto naturaliter moueatᷣ, uti uiſus à uiſibili, ac intellectio de obiecto ab ipſo partialiter naturaliter producatur. Iudicium tamen intellectus ſuper obiecto agibili de agẽdo, illud, uel nõ agẽdo, in tali, uel tali tpe, modo, aut cauſa, nõ eſt naturale, quia circa huiuſmodi põt cõcludere affirmatiue, uel negatiue, ut libet, ueluti de medicina ab infirmo ſumẽda.

Secundũ notandũ eſt, intellectum, & uolentẽ diuerſis modis, liberas eſſe poteſtates. Anima, ut intellectus practicus, libera eſt potentia, uti libertatis radix & origo, ſed quo eſt uolũtas. eſt formaliter libertas, & cõpleta. Intellectus nãq; libertatis radix duo requirit, primum ꝗ non poſſit cogi, ſecundum, quód ab obiecto non neceſſitetur. iſtis duobus modis intellectus practicus eſt liber; quia nec poteſt cogi ad iudicandũ de agibili, quãdo oppoſiti agibilis ſunt ęque

probabiles rationes,ſed pro libito iudicat de altera parte cõtradictionis.Neq; poteſt neceſſitari ab obiecto,niſi ſit principium practicum euidẽs ex terminis. Ad uoluntatis autem libertatem,nedum hæ duæ cõditiones requiruntur,quibus indiget libertas intellectus,ſed duæ aliæ,quarum una eſt,ꝙ nõ habeat cauſam mouentem intrinſecam in genere cauſæ efficientis neceſſitatem uolũtatẽ ad agendũ.Et hoc dico,qa intellectus mouet uoluntatem in genere cauſæ finalis,oſtendẽdo bonum uolũtati,uolũtas uero mouet intellectum,uti cauſa efficiens,uti quũ imperat intellectui,ut contempletur. Quarta autem cõditio eſt, ꝙ uolũtas eſt motiua aliaꝝ potentiarũ etiã ſuiipſius, ad agendum,puta ut uelit,uel contemnat imperat intellectui,& omnib⁹ potẽtiis ſenſitiuis, nõ aũt uegetatiuis,quæ ſunt eſſentialiter irrationales, & participatiuę,ideo uolũtas eſt abſolute & proprie libera,licet eius electionẽ in pluribus præcedat intellectus practici iudiciũ.Intellectus liberꝝ, eſt iudiciũ quo libere iudicat de agẽdis.Atqui uolũtas eſt liberũ arbitriũ; quo libere diffinit id,quod per ĩtellectũ iudicatũ eſt.

Hinc duplex dicimus iudicium eſſe,unum quo iudicamus,& diſcernendo dictamus quid facto,uel nõ facto opus ſit.Et hoc eſt prudentiæ iudicium; quæ regitur per ſynderesin,quæ lux eſt diuina menti impreſſa.& penès hoc iudicium nullũ eſt meritum, aut demeritum,Aliud eſt,quo iam ſciens per deliberationem,& aliquorum collationẽ diffinit hoc facere uelle,uel dimittere,quod iudicatum eſt fieri, uel ommit

ti, & hoc ſecūdum iudiciū eſt meritorium ſi diffiniat agere, & ommittere, quod agendum, & omittendum eſt, ſin ſecus peccat, & delinquit. Primum itaq; iudicium eſt intellectus, ſecundum eſt uolūtatis, quæ eſſentialiter liberum eſt arbitrium. Hinc dicit Ethnicus. Eligere, actum eſſe conſiliati appetitus, cuius cōſideratio eſt circa uirtutes polyticas, quarum opera ſunt in appetitu intellectiuo. Theologus quoq; dicit, q; eligere eſt conſentire in alterum deliberatorū. Propterea dico, liberum arbitrium, q; eſt humana uoluntas, habere ſuperius nō quidem imperans, ſed cōſulens. Eſtq; uoluntas liberum arbitrium diffiniēdo, non imperando. Hinc Auguſtinus. Fatetur liberum arbitrium eſſe facultatē uolūtatis, & rationis. i. eſt potentia facile uolens, id, in quod eſt conſenſus, ex deliberatione & diſcretione præhabita, & ita meritū, & peccatum eſt, à libero arbitrio, uti cauſa. Supnaturale aūt meritū, à libero arbitrio charitate formato.

De Gratia. Cap. XX.

PRAETER GRATIAM quę omne bonum à Deo datum eſt, bona ſupra hominū uires tantū Dei dono accepta, grām uocamus, nō accipientium meritis, uti ꝓphetādi donū, uis pellendi demones ab obſeſſis, qua uita non digni ſumus æterna, dicente Dño. Nolite gloriari, quia ſpūs ſubiiciuntur uobis, ſed gaudete magis, quia nomina

ueſtra ſcripta ſunt in cœlis. Hac gratia neminé quantũuis peccatorem, omnino priuat Deus uiatorem, ut ſeſe ad Deum oratione conuertere poſſit, pro lumine, & charitate impetranda, ac bene ut poſſit moraliter operari, ſupraq; carnis naturam uiuere, & ſe præparare ad charitatis ſpiritum ſuſcipiendum à Deo.

Hinc ſit, ut etiam exiſtentes ſub regno Sathanæ Dñs omnino nõ deſerat, ſed coadiuuat Dei inimicos, ut poſſint ſe in regnum Chriſti trãsferre Hæc eſt ille ſpiritualis ſol, qui oritur ęque ſup bonos, & malos, & aqua ſtilans ſuper iuſtos, & iniuſtos. Hac gratia reſiſtere poteſt tentationi uiator, ſed non ea merendo uincere, ſine charitate. Ideo dixit Dñs Cayn eius inimico. Subter te erit appetitus, & dominaberis illi, in reſiſtendo, & non peccando. licet non meritorie uincendo, ſi uolueris.

Aliud gratię munus charitatis donũ eſt, quo Deo placet nos ſaluare, qđ, ut animam Deo gratã reddit, præueniens dicit̃ gratia. Quo uero opus eius gratũ Deo efficit, & ad ſalutẽ acceptũ, ſubſequẽs dicit̃. Ideo primo reſpexit Dominus ad Abel, dehinc ad munera eius. Hoc munere ita nobis efficitur dominus charus, ut ſit cũctis appreciabilior, etiam ſi actu diligat̃ remiſſiori, q̃ creatura aliqua. Hæc gratia eſt ſignaculum electorum, & ſalutis pignus æternę, quæ hominem à terrenis ad cœleſtia ſuſtollit, ac de carnali, & ad proprium cõmodum curuato, ſpiritualẽ efficit ad Deũq; erectũ facit, hac pexima uincitur natura Adę peccato corrupta, trahẽs ad peccata, & pditionẽ, eſt

contradicens legi mentis, captiuans eam ad obedien dũ, ſenſualitati in multis, nec poſſumus omnino paſ ſionibus reſiſtere, niſi hæc lux cordi aſſiſtat infuſa, & ita uincatur natura ad malum ſemper prona, ab ado leſcentia ſua uitiata, & in Adam peccato, lapſa, ita, ut motus eius ſine hoc gratiæ ſpiritu, ſemper ſit ad ma lum. Hac nos gratia præuenit amãdo, ut gratioſe me ritorie ipſum amemus. Amorem ſuum gratuitum, no ſtrumq; meritorium, noſter non meritorius, & natu ralis præuenire poteſt, dicente Dño. Pater amat uos, quia uos me amaſtis. Quód ſi in Chriſti uerbo no ſter meritorius intelligitur, nõ cauſam, ſed ordinem intelligere debemus, ita uidelicet. Pater amat uos, ideo me amaſtis. Aut ſignũ notat ſic. Pater amat uos, & hoc uobis eſt ſignum, quia uos me amaſtis. Marti nus Lutherus cum Philippo Melãcthone gratiam, & charitatẽ, donum increatum, quod diuinus eſt ſpi ritus, miſericorditer nos ad uitam eligens, eſſe dicũt. Quod ſi eis concedatur, adhuc hominũ libertatem, ſanctorum prædeſtinationi, præſciẽtiæq; conſentire probabimus. Admittunt etiam uiuidum amoris in Deum actum, erepti à regno Sathanæ in regnũ filii dilectionis Dei, noſtram eſſe charitatem, gratięq; ſpi ritum, quem in nobis efficit ſpiritus ſancti aſſiſtentia, quo admiſſo, dicimus, ꝙ amore hoc uiuido, cum Dei beneficio, tum hominis (Dei ſtatuta præparatione) præuiſa à Deo, prædeſtinati ſunt electi.

Ad hunc amorem ſe habet liberum arbitrium, uti plantula, quæ partialis, & particularis eſt cauſa, ni

hilq; producere ualens abſq; cœli influxu, qđ uniuerſale efficiens eſt. Sic nec liberũ arbitrium abſq; Deo, bonũ meritorie opus efficere poteſt. Radix uiua à ſole excitatur, ut fructũ afferat. Sol enim radicem non excitat mortuã, quo fructũ emittat, ſed iam habenté in ſe uiroré, & uigoré. Ita Apoſtolus animã operũ radicé excitat, quum in peccatis dormiẽtes euigilat, dicés. Surge qui dormis, & ſurge à mortuis. i. peccatis, & illuminabit te Xp̄us. Si nullũ in hoĩe liberũ eſt arbitriũ, qũo ad fructũ excitabitur homo, cuius operis producẽdi radix eſt mortua? Liberꝶ quidé arbitrium eſt ueluti modica ſintilla ignis latens in cinere, quæ flatu ſpiritus gratiæ indig[illegible]t, ut fortificetur.

Dicet quis, nobis ſuperfluere charitaté, & gratiã, qua mereamur, eo, q̄ noſtræ facultatis, operibus, & nõ ex his, quæ noſtræ nõ ſubſunt poteſtati meremur. Charitaté pro libito nõ habemus. Si noſtræ ſubeſſet charitas poteſtati, nulli diceret. Ite maledicti in igné æternũ, ſed cũctis. Venite benedicti &c. Subinde noſtris tm̃ opibus laudamur, uituperamurq;, & nõ gratia, quæ noſtræ nõ ſubeſt poteſtati. Si p̄terea charitate acceptamur ad regnum, charitas rõnis expers, magis acceptabitur, & beabitur, qđ incõuenit, & hoc altero duorũ nobis cõtingeret, aut gratiæ naturali bonitate, aut morali. Neutrũ dici põt. primũ nõ. Animi enim ſubſtãtia charitate, quæ accidés eſt, natura eſt melior. Nec ſecundũ, qm̃ tm̃ moralis actus noſtræ facultati ſubiectus, moraliter bonus eſt, & nõ gratia noſtrę ditioni non ſubiecta.

Dicet quis,ex bonis moraliter actibus, charitatē nobis donari,uti diſpoſitionib⁹,& in noſtræ eſt diſpoſitionis facultate. Sed talis attēdat charitatē paruulis donari, citra diſpoſitionem. Quo circa mihi aliter dicendum eſſe uidetur in poteſtate noſtra uidelicet charitatem eſſe,eo,ꝙ charitas nobis offeratᷓ. Apoſtolo hebræis dicente. Videte ne quis deſit gratiæ Dei; & Petro in prima eius canonica epiſtola.Sperate in eam,quæ nobis offertur gratiam.

Ad obiecta dico,Deū nō primo nos acceptare ex gratiæ dono creato,ſed ſuo placito,qđ placitum,eſt gratia increata, & ita prīcipiū meriti eiuſdē eſt rationis cum præmio.Et quē ita miſericorditer pietate acceptat,gratia inſignit creata.Hinc ſoli Deo imortali, & inuiſibili debetur laus,& honor, qui cum coronat merita noſtra ſua coronat munera. Ideo etſi grati ſumus cōtingēti gratiæ dono creato, neceſſario tñ grati & digni beata uita ſumus, eius gratia increata.

Præparationes ad conſequendam gatiā.non eſſe meras Hypochriſes. Cap.XXI.

SI GRATIAE DONVM GRATIS datum in adultis præexigitur ad ſalutem.& ſi præparationes,& conuerſiones,ſpūs ꝑexigunt gratiæ, qūo id gratis dabit,qđ ex merito ꝑſtat. Dicit enim uice Dei Zacharas. Cōuertimini ad me,& ego cōuertar ad uos.i.ꝑparetis,& quantū in uobis ui ium eſt agatis,charitatemq; in uobis infundam; &

ita charitas præparatione, & non gratis datur. Et ita gratiæ nomen erit inane & de ſolo titulo. Econtrario per Lutherum, homo nõ poteſt ſe præparare ad gratiã, uti nec mortuus ſe ad uitam ſuſcitare. De iudęis dicit̃, ꝙ non poterant credere, ſi non poterant credere, nec ad Deum præparare ſe poterant. Itẽ liberum arbitrium ſine gratia, non poteſt credere fide informi. ergo minus ſe poteſt ad charitatem diſponere, quia obiectum fidei excedit poteſtatẽ liberi arbitrii. Sed cõtra Auguſtinus eſt, qui ait in noſtra eſſe facultate mutare uoluntatẽ in melius, ſed hęc potẽtia nulla eſt, niſi det̃ à deo. i. niſi effectus eius det̃ a deo nullus eſt.

Solutio. Solo libero arbitrio non poſſumus præparare nos ad charitatẽ, abſq; gratia gratis data, quæ nulli uiatori negatur. Iudæi non poterant credere. ſ. faciliter, neq; ad Dñm cõuerti ex peccatis, debilitata nimis gratia gratis data, uti ambulare, pedes habens ligatos facile non poteſt. Faciat ergo homo quod in ſe eſt, cum gratia gratis data, deſtando peccatum, uoluntatemq́; ſuam ad Deũ cõuertẽdo, cõgrue primũ merebitur gratiam. Licet ex ſeſe nõ poſſit à ſe peccatum remouere mortale, poteſt tamen à ſe, á peccato ceſſare, liberumq́; in Deum conuertere arbitrium, ut amoueat̃ peccati obex, ſtãte tamen Dei ope. & ita ſe præparare ad primã charitatẽ cõgrue ſuſcipiendam. Hæc autem gratia ſiue charitas, prior eſt natura, peccati remiſſione. Deſitio uero à peccatis, eſt natura & tempore prior peccati remiſſione, & gratia, quũ ad illam requiratur præparatio, & ad ꝑparationẽ deſitio

peccati. Operibus inſuper in fide perfecta ꝓductis, gloria, & gratia augentur condigne. dicente Apoſtolo. His qui per patientiam boni operis, gloriã, & honoré, & incorruptioné, quærentibus uitam æternã. Nemo meretur primã gratiã gratificã. alioquin non eſſet gratia, ſi meritis daretur, & digno merito. Quũ uero à ꝓpħa hortamur cõuerti, diuinæ bonitatis, largitatiſq; eſt declaratio, & nulla nobis fit promiſſio, aut obligatio de prima gratia, ſed fit promiſſio de gratiæ, & glorię augméto, & ita hominũ præparationes, conatuſq; ſpiritui gratiæ indigni, non ſunt fictiones, aut hypocriſes. non enim interuenit obligatio, ſed diuinæ bonitatis declaratio. Poſſet itaq; concedi. Deũ merito congruentiæ, præparatis donare charitatem, non condigne. Adultis uero datur ex debito, & gratis charitatis augmentum, ſi in charitate operet́.

De operibus in fide pfecta, dico, ea digna eſſe (ex Dei promiſſione) uitæ beatæ. dicente ad Thymoth. Apoſtolo. Bonum certamen certaui, curſum conſumaui, fidem ſeruaui. & reliqua. Vſq; quã reddet mihi iuſtus iudex. Nil enim debetur, ꝙ ex iuſtitia nõ debetur. Id, quod tantummodo miſericorditer datur, non debetur. Et quod debetur uel promiſſione, uel ſeruitio, uel utroq; debetur. Vtroq; debetur operantibus in fide, licet promiſſione primo, debeatur. Hinc uita beata, merces, & remuneratio uocatur, eo, ꝙ debito detur, & tamen etiam gratis datur, quoniam ſalutis promiſſio primo fit gratis, nec opera grata ſunt ad uitam, niſi de gratiæ ſpiritu fiant.

Dicet qs. Debitor non reddens, eſt iniuſtus, Deus non poteſt eſſe iniuſtus. ergo nec debitor. Voluntas diuina ſeipſa iuſta eſt, & totius iuſtitiæ regula, uolēs, & potēs iuſte, quicquid uult, & pōt. Nō itaq; cuiquā eſt debitor Deus. Ad hæc dico, Deum non eſſe regni cœleſtis debitorem, noſtrorū operū natura, aut alicuius beneficii receptione, ſed promiſſione, & licet nō ſit debitor non reddens, nec conſequenter iniuſtus, eſt tamen debitor reddens, & iuſtus libertate, ac ſua largitate factus eſt debitor. Deus enim ſuę tm̄ eſt primo debitor uoluntati, proprie loquēdo, aliis uero debitor eſt per eius uoluntatem.

De Prædeſtinationis multiplici cauſa. Cap. XXII.

POSTREMO HVIVS NOminis cauſa multiplex ſignificatio declaranda eſt. Subinde cōcluſionē propoſitā iri uolumus. Cauſam itaq; multis modis dicimus. Cauſa enim eſt id, a quo aliquid pendet aliquo modo ineſſe. Fieri, conſeruari, uel inferri, uel pēdebat, ſimpliciter, uel ineſſe tali, ac tāto, cōmiſſiue, uel ommiſſiue, mediate uel imediate, poſitiue, uel priuatiue, uel aliquid amatū, uel deſideratū, propter quod agens agit. Primum dico à quo fit, uel pēdet effectus, ob cauſam actualem, actu cauſantē. Secūdo, uel pēdebat, ob cauſam in potētia uti is, qui alias ędificauit demum nunc exiſtentē. Tertio dicit' ineſſe, & fieri, & hoc reſpectu eſſentiæ effe-

 104

ctus. Quarto dicitur conſeruari, ob qualitates diſponentes materiam, ut in ſe cõſeruet formam, & ob cauſas uniuerſales, ſine quibus effectus cõſeruari nõ poteſt. Quinto ineſſe ſimpliciter, ob effectus eſſentiã, Sexto ineſſe tali, ac tanto, nam artifex non eſt cauſa ſubſtãtiæ domus. Sed ut taliter, & tanta ſit. Septimo dicitur commiſſiue, quia Deus, & homo ſunt cauſa peccati, quoad ſubſtratum actum deformitati. Octauo dicitur ommiſſiue. quũ uidelicet, peccator nõ obſeruat præceptum affirmatiuum, eo tunc, quum obſeruare tenetur. Nono dicit̃ mediate. quia pater eſt cauſa mediata filii, & ſeminis immediata cauſa ab eo deciſe. Decimo dicitur poſitiue, uel priuatiue, q̃a naute præſentia, optime regentis conſeruationis eſt cauſa nauis, & eius abſentia, regiminiſq; ſubtractio, ſubmerſionis eſt cauſa. Vndecimo dicitur, ꝓpter amatũ & deſideratum, quomodo Deus glorioſus eſt cauſa intelligentiis, ut moueant cœlum. Duodecimo dicitur uel in inferri. ut pręmiſſę ſunt illatiuæ cauſæ concluſionis, etiam ſi non ſumantur à cauſis rei, ſed à prioritate conceptuum, qua in diuinis probamus demonſtratiue terminos paſſionales, & in Methaphiſicalibus. Item cauſa etiam dicitur, quę ſubſtantiã diſponit ad ultimã formã, ut calor lignũ a ſuſceptionẽ ignis. Tertiodecimo dicimus cauſam, agentis uoluntarii conditionem, ſine qua non operatur agens, quam quandoq; uocamus meritoriam boni uel mali. Iudæ proditio ſalutis noſtræ eſt ita cauſa. Eſt autem cauſa, per quam incendia patitur æterna,

Eccleſiæ ſacramenta, ſalutis, & gratiarũ cauſæ ſunt, ſine quibus non acciperemus ſaltim augmentũ gratiæ ex illis, quæ tñ ſuapte natura nihil efficiũt, ſed dei ſtatuto. Semp̱ gratia adeſt ſigno (ſi ob ex abſit.) hoc modo itaq;, adultorũ opera bona moraliter, & meritorie præuiſa, ſunt uti cauſæ, & conditiones, ſine quibus Deus ęternaliter decreuit electis gratiam & gloriam ſempiternam, non concedere, ſed bene cum illis exiſtentibus.

Eſt etiam aduertendum ad illa, quæ ſupra in primo diximus libro de Prædeſtinatione, uidelicet actiua, paſſiua, formali, & totali, & de triplici prædeſtinatione formalis. ſ. præuiſa, diſpoſitiua de congruo, & diſpoſitiua de condigno ad beatitudinem. Ita quoq; oppoſito modo poſſet fieri tot modis, diſtinctio. ſ. de Reprobatione actiua, paſſiua, formali, & totali. Vide ſupra libro primo cap. ix. & ultimo.

His uiſis de cauſis prædeſtinationis, talis dat̉ ſolutio. Si prædeſtinationem actiuam intelligimus cã eſſe, quæ Deus eſt, & cauſam eam rem, quæ aliquid agit ſecundum aliquot quatuor generum cauſarum. Nulla actiuæ prædeſtinationis cauſa eſſe poteſt. Itidem de actiua æterna reprobatione. æterni enim, tẽporarium cauſa eſſe nequit. Dabitur quidem cauſa, quam ſine qua non, ſiue conditionem, ſiue occaſionẽ appellamus. Sic, bona opera, & bonus liberi arbitrii uſus, conditio eſt ęternaliter pręuiſa, & ratio cõgrua, qua prędeſtinatos Deus uult ſaluare. Et prothoplaſtorum inobedientia, eſt cauſa, qua Deus miſit filium

ſuum in ſimilitudinẽ carnis peccati.i.peccatoris hominis,& de peccato.i.de ſui corporis ſacrificio, dãnauit peccatũ. Præuiſa hominum opera, & Dei gratia, non ſunt diuinę acceptationis neceſſaria cauſa hominis ad ſalutem, quæ in Deum aliquem effectum cõproducant, uti cauſa, per quam, & qua, uel ob quam quippiam fit. Temporarium nãq; ab æterno præcognitum æternæ uoluntatis, quæ Deus eſt, nõ eſt cauſa, licet æternaliter præuiſa bona opera, temporaria ratio ſint cõgrua, ut cõtingẽter eis Deus bene operãtibus conferat ſalutem, quos præuidit ęternaliter ſuo tandẽ bene uſuros libero arbitrio. At ſi prædeſtinatione, gratia Dei, & gloria electis conferenda intelligatur, prædeſtinationis talis Deus cauſa eſt effectiua, dicente ꝓpheta. Gratiã, & gloriam dabit Dominus. Gratię homo adultus ratione uigens cauſa eſt diſpoſitiua, & pręparatiua. Operum meritorie bonorũ homo partialis eſt cauſa effectrix, & Deus cõparticeps, cauſa immediata totalis, quoad opera tota, licet non totaliter, quia non præciſa eſt cauſa. Cooperatores enim eius ſumus. Quo uero ſunt meritoria, Deus eorum totalis totaliter, & immediata eſt cauſa, eo ꝙ gratiam, qua meritoria ſunt opera, ex gratiæ inclinatione producta efficiat Deus.

Ex modis cauſarũ illatiuis, uti ſunt hii, qui.xii.loco poſiti ſunt ſecundus cauſæ modus ſumit᷑. Ex hac propoſitione deus prædeſtinat Petrũ, infertur, ꝙ gloriam Petrus ſit, adepturus, & gratiam tandem Deus ei præſtabit, tandemq; bene operabitur. Si enim per

antecedens, cauſam ſignificaueris meritoriã, mox per conſequens finalem ſignificabis cauſam, quoniã prædeſtinationis actiuæ, unus effectus, dr̃ cã alterius illa tiua eiuſdem actiuæ prędeſtinationis. Effectus actiuæ prædeſtinationis, notatus in conſequente, eſt cauſa finalis effectus ſignificati per antecedens.

De Diuinis actibibus aſſignamus per ſigna noſtra rõnẽ. Cap XXIII.

NON SIGNITER ADVERtendum nobis eſt dininos actus cuiuſmodi ſunt præſcire, producere, creare, cõcurrere, ſignificare actum intrinſecum diuinum, infinitum ęternumq́; & conſignificare effectum finitum, & temporariũ extrinſecum. Ob hoc fatemur non æternaliter producere Deum, & Deum ſuam non infinite diligere creaturam, ſed finite, & illam temporarie producere, infinitaq́; ſapientia cuncta facere, ac conſeruare, quæ tamen nec infinite facit, nec conſeruat, & cuncta æque intenſo actu diligere, non tamen ęque intenſe, æternoq́;, amore cuncta diligere, & non æternaliter, eo, ꝙ ſeipſo q æternus eſt, uult, amat, ſapit, nec tamen uult res ab æterno eſſe. Dei facere intrinſecum ſignificat Deum, & extrinſecam creaturam conſignificat. Itaq; prædeſtinare, reprobare, iuſtificare, prouidere, cęteraq́; huiuſmodi, ut connotant effectus, qui ſunt à Deo agente, eis aſſignamus bene cauſam finalem, uti illorum uerã rationem, & congruentiam, ut ui

delicèt Dei bonitas oſtendatur, nec aliam aſſigna-
mus efficientem cauſam, q̄ Dei uoluntatem, Deiq́;
bonitatem. Vt ſi quis petat, cur Deus creauerit
mundum. Lepide reſpondemus, ꝙ hoc fecit pro ſuę
bonitatis oſtenſione.

Quòd etiam prædeſtinationis actiuæ, quæ diui-
na eſt uolũtas, ſit ratio aliqua, prout eius effectus, cu
iuſmodi ſunt gratia, & gloria, qui recipiunť in prędе
ſtinato, eo conſpicitť, ꝙ in rebus omnino æqualibus;
electio in ꝓprio nominis ſignificato dici non poteſt.
Si enim Socratem eligit, Xenocrate contempto, ali
quod nempe meritoꝝ diſcrimen erit in ambobus. In
omnibus enim Dei operibus, miſericordia, & ueritas
oſculatæ ſunt. porró unum effectũ ob aliũ à Deo di-
cimus eſſe, uti corpus ꝓpter animã. Is itaq; in quem
Deus miſericorditer operatť prædeſtinando, diuinæ
prædeſtinationis ratio, cõgrua erit, præuiſa hominis
adulti beneficẽtia, & induſtria, quo Dei effectus gra-
tia, uidelicet, & gloria in prædeſtinato fiat, ſiue recipia
tur. Hinc reprobati malitiam, nõ dicimus eſſe repro
bationis actiuæ cauſam, quia paſſiua non eſt, nec ab
aliqua pendens cauſa temporaria. Eſſe tamen con
gruentiæ rationem fatemur ut pœna æterna, quę
Dei effectus eſt, à Deo pręceptoꝝ tranſgreſſoribus
infligatur reprobatis. Iſto modo, intelligimus Deũ
ipſum citra imperfectionem omnẽ, modulo ingenio-
li noſtri, & dicimus habere rõnẽ, ſeu congruentiam,
& cauſam, ut talia, uel taliter operetur. Alta quippe
Dei (teſte btõ Gregorio) ꝑut poſſumus reſonamus,

Non itaq; facimus cauſam prædeſtinati Deo, atqui effectui in prædeſtinato recepto, rationēq; aſſignamus, ob quam diuina actio ad illud terminetur obiectum. Hinc Auguſtinus uerba in libro. lxxx. quæſt. ſic ſonant. Voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt, licet enī ipſi peccatores ꝓpter generale peccatū maſſam unam fecerint, nonnulla tamen inter eos eſt diuerſitas. Præcedit nāq; in peccatoribus aliquid, quo nōdum prædeſtinati, digni ſunt prædeſtinatione. ſ. de cōgruo. Præcedit pariter aliquid in peccatoribus, quo nondū reprobati, digni ſunt reprobatione. Quibus uerbis beatus Auguſtinus. nondum prædeſtinatos, nōdumq; reprobatos uocat ſecundū præſentē iuſtitiam. ac præſentē malitiam, uel certe naturæ ordinē demonſtrat, & non temporis, quoniā ex modo intelligēdi noſtro prius intelligimus Deum merita prænoſcentem, q̄ intelligamus prædeſtinantem, rationibus ſupradictis. Ideo inſtantia naturę in diuinis, ſunt prę intellectiones noſtræ, non autem ſunt in diuinis actibus anteceſſiōes, ut putauit Scotus. Dicimus quoq; prædeſtinatos dum facinoribus inuoluuntur, damnandos eſſe, & de libro uiuentium obliterati. Prædicta confirmat Auguſtinus illius Dauitici interpres oraculi. Adiuua nos Deus Saluatoris noſter, & propter gloriam nominis tui libera nos, dicens. Nec ingratus eſt gratiæ, nec tollit liberum arbitrium. Qui enim adiuuatur per gratiam, etiam per ſeipſum aliquid operatur. Han ceſſe ueritatem pro hac materia putamus, qm̄ & diuinæ iuſticiæ, hominumq; liberta

ti, ſacrariūq;

tũ ſacrariũq;,literarum oraculis,cõformis eſſe uidet. Auguſtinus dicit,Deũ nõ prius ultorem eſſe, q̃ aliqs ſit peccator.Crudelis enim eſſet,ſi eũ decerneret Deꝰ puniendum,in quo nulla culpa præceſſiſſet,priuſq; illum punire uellet, quẽ non uideret eſſe peccatorẽ, nec uidetur rationi conſonum , Deũ prius eſſe eius retributorem , quem non uiderit fore benemeritum. Eo nãq; modo,quo peccatum diuinæ eſt ratio reprobationis,& cauſa,meritum morale pręuiſum cõgrua dicetur ratio æternæ retributionis.

Cur ex creaturis nominetur Deus. Cap. XXIIII.

SVPER BENEDICTA TRInitas Deus omnino ſimpliciſſimus, ex creaturis à nobis pro ſtatu iſto nominatur,quoniam non uti eſt in ſe, ſed in conceptibus ex creaturis formatis, à nobis intelligitur.Cogitationum enim, quę de Deo haberi poſſunt,quędam diſtincte ſunt, Deum tantũmodo ſignificantes in ſe,& à nullo alio, quod non eſt Deus terminate.his,ſoli in patria beãtur beati, & nõ nos in hac miſeriæ ualle conſtituti.Beatus Paulus in tertium cœlum raptus,talibus potitus eſt notitiis,ad molemq; regreſſus corpoream,inquit,ſe audiſſe archana uerba , quæ non licet homini loqui, uiatori.ſ. quoniam eius loquella diſtincte, intuitiuaq; diuinæ uiſioni ſubordinata homini nequiuiſſet miſero diuinã ſignificare naturã,q eã diſtincte intueri non ualet.

Si uerbis uſus fuiſſet noſtris humanis, ea non ſubor-dinarentur conceptui Dei diſtincto, ſed indiſtincto, qui Deum non in ſe cognitum ſignat, ſed cum creatura. Intellectionum uero indiſtinctarum, aliquæ ſunt communes, & aliquæ propriæ. Communiumq; aliȩ, ſunt abſolutæ, & aliquæ cõnotatiuæ. Communes abſolutæ Deum, & creaturam ſignificant, uti conceptus his nominibus expreſſi. Ens, ſubſtantia, ſpiritus, iuſtitia, intellectus atq; uoluntas. Connotatiuarũ aliquæ ſunt affirmatiuæ, ut hæ quæ iiſdem nominibus exprimũtur productiuus, creatiuus, deſtructiuus, prȩdeſtinans, præſciens, approbãs, reprobans, cæteraq; huiuſmodi. Aliæ ſunt connotatiuæ negatiuæ, ſicut hæ, his nominibus expreſſæ, immortalis, incorporeus, infinitus, immutabilis, & indiuiſibilis, nam hæ notitiæ talibus nominibus expreſſæ, etiam mortale, corporeũ, finitum, mutabile, & diuiſibile cum negatione conſignificant.

Propriarum de Deo notitiarum, aliæ ſunt abſolutæ, & aliæ connotatiuæ. Abſolutarũq; aliæ ſunt ſimplices, & aliæ complexæ. De ſimplicibus propriis diſtinctis, ſupra dixi, eas non poſſe a nobis haberi pro ſtatu iſto. Quidam tamen exiſtimant, diſtinctarũ abſolutarum, alias eſſe intuitiuas, aliaſq; abſtractiuas quæ ſunt de obiecto Deo, uti abſente non intuitiue noto. Quod tamen ſe ſolo terminat actum intelligẽdi. Tales nobis inſunt, & ſenſitiuȩ, & intellectiuæ notitiæ (ut experimur) de rebus creatis. Ita dicunt magni extatici, talem de Deo aliquibus concedi diſtin-

ſtinctam cognitionem abſtractiuam. Magni nãq; cõtẽplatiui, (uti guta aquę in uini doliũ miſſe in Deũ, transferunt) in eumq; ſic abſorbentur, ut nil niſi Deũ intelligant, & ament. de ſeipſis penitus obliti. Multa his ſimilia in beatæ Methildis reuelationibus reperimus. Et uocãt huiuſcemodi notitiam extatici theologi calliginem, ſiue mõtem calliginoſum, in quo Moſes uidit Dñi faciem. i. de Deo notitiam diſtinctã habuit, & abſtractiuam, quæ reſpectu intuitiuæ beatorum, obſcura eſt, licet in ſe, clara ſit. Talẽ habuit Stephanus cum lapidaretur. Ioãneſq; Apoſtolus ſupra pectus Dñi recumbens. Similem puto habuiſſe Beatum Auguſtinum cum eſſet apud Hoſtia Tyberina cum matre ſua, & loquerentur ualde dulciter cum ea & inhiarent ore cordis pariter in ſuperna fluenta fontis uitæ, uileſceretq; mundus iſte inter uerba cum delectationibus ſuis. Dicit eni ſeipſos intraſſe in gaudium Domini ſui, à quo regreſſi ſunt ad religatas corporum ſarcinas, quo, ſcilicet ad uſum ſenſuum.

Abſoluta propria complexa uti expreſſa hoc cõplexo, ens, ſubſtantia, ſapientia, iuſtitia in ſtatu iſto haberi poteſt, cuius partes ſunt Deo, & creaturis cõmunes. Nam illud nomen ſapientia & Dñi, & noſtrã ſignat ſapientiam. Ita dicat̃ de reliquis. Omnes tamẽ termini ſimul ſumpti Deo tantum conueniunt, quoniã nulla creatura, eſt ſimul ens, ſubſtantia, & iuſtitia.

Propriæ connotatiuæ ſimplices, talibus nominibus exprimũtur creatiuus, ſcilicet infinitus, ęternus, & huiuſmodi.

Et ex his diſtinctionibus cognoſcere poſſumus, cur beatus Ioã. euangeliſta, ſæpius recenſuerit Dominũ Ieſum Apoſtolis dixiſſe. Eos cognouiſſe Deum, ſæpiusq́; eos non nouiſſe. ſ. modo diſtincte, & modo indiſtincte, modo comprenſiue, & modo apprenſiue, & non compreſiue, modo theorice & nõ affectiue. Modo dicit neminem nouiſſe patrem niſi filium. & neminem filium intellexiſſe compreſiue, niſi patrem, & eũ cui uoluerit fide in uia, uel apprehenſiue in patria filius reuelare.

Et ſi quæratur, quid ſit noſcere Deum in cõceptu; reſpondetur, ꝙ eſt conceptum illum intuitiue reflexe cognoſcere, & prædicare aliquid de illo cõceptu, non pro ſe, ſed pro Deo, pro quo uolumus conceptũ illum ad placitum pro Deo ſupponere, qui omnibus melius eſt. Ita cæcus natus utitur hoc nomine, albedo, ad placitũ ſignificatiuũ. Hac ex cauſa in uia fruimur una diuina perſona, & non altera, quãdoq;, quia perſonas intelligimus in cõceptu. in patria uero erit impoſſibile, quũ eas in ſe uidebimus. Hinc dixit Chriſtus, Philippo, qui uidet me, uidet & patrem meum.

Aliqui purgatiſſimæ mentis uiri. præter has notitias ex creaturis habitas, tanta mentis dulcedine, illuminatiq́; animi ſplendoribus Deum guſtãt, & agnoſcunt, ut eum nominibus amaſiorũ, amaſiarũq́; ex nimia familiaritate, amorisq́; unione, nominent, epithalamiaq́; ei decantent, ut in Canticis Canticorũ, & in reuelationibus beatorum Brigitæ, & Methyldis cõperimus, ad quam notitiam guſtatiuã, nõ inani p̄hia,

aut theologia tantum in libris reperta, ſed animi pu ritate, charitate, & fide, cum bonis operibus peruenerunt, non ſolum de Deo ſcientiam, ſed ſapientiam habentes. Indeuoti nāq; theologi, multas de diuinis ueritates, buccis ſiccis, abſq; mētis ſapido affectu cō crepant, quoniam ſapientia cum ſimplicibus graditur, & cum eis eſt ſermocinatio eius.

Sunt hi philoſophis ſimiles, ex nota mellis cōple xione dulcedinem noſcentibus, cuius dulcedinem, ru ſtici theorice ignorantes, experimento deguſtant. Ac medicis. Febrium malitiam in Galeno ſtudentibus, quā infirmi idiotæ certius experiuntur. Ita indeuoti theologi ſcripturarū plures recitare norunt de Deo ueritates, q̄ uetulæ, nec tamen diuinorum guſtum, ac ſplendores deuotarum experiuntur uetularum. Magnam quidem de diuinis habent agnitionem cū modica, uel nulla affectione. Illę uero ediuerſo. magnā de Deo affectionē cum modica theologia acquiſita. Illi, uti filii ſapientes ſecreta ſciunt patris, nec ſunt pa trem diligentes. Iſtæ uti ſimplices filii, ſolum norunt Deum, patrem ſuum eſſe, & hac notitia, totæ in eum amore exardeſcunt.

Simplices Deuoti diuina deguſtātes, peccata ode runt, Deum affectuoſe ſequuntur, ineffabili diuinorum irradiatione illuſtrantur, de quibus ſeruator inquit. Confiteor tibi Domine pater, Rex cœli, & terrę, qa abſcondiſti hæc á ſapientibus, & prudentibus, ea q́; paruulis reuelaſti. Ita pater, quoniam ſic placitū fuit ante te. Mundanas, non ignauia, relinquūt curas ſed

diuino ſpũs igneo feruore. Indeuoti theologi, qui potius nomine, q̃ re theologi appellãtur ſtudẽt ut honorenſ, ac crapulose epulenſ, in continua mẽtis ariditate deuotionis cõſtituti, uanitatis amorem prçſtituentes, uti glutinum alas contemplationis ſpirituales impediens. & cementũ animæ tenax pedes impediens, & chathenam ligantem animã, ne ſe à corpore, cõtẽplationibus, elonget, habent, Quoniam uita contemplatiua nõ ſtat in multis ueritatibus acquiſitis, ſed in affectuoſis intenſis, ac frequentibus de Deo amoribus, quibus relinquant corpus, nedum quoad operationes ſenſitiuas interiores: & exteriores, uerum etiam quoad intellectiones omnium creaturaꝝ, quaꝝ ſunt penitus obliti, quia totaliter ſunt in Deum abſorti & trãſformati per amorem & non per ſubſtantiã, ut putauit (fal ſo.) Almerius, ita ꝙ quandoq; habeant in hac uita diſtinctum conceptum Dei, licet non intuitiuum. Viri contemplatores ueriq; theologi, quorum amor eſt cognitio Dei experimentalis, & inexplicabilis in attractu multa ſpiritalia ſentiunt unguenta, ſonos, ſapores, odores inexplicabiles, ſuntq; uti canes uenatici, quos non retinent, nec uepres, nec riuus, nec rubus, cum odorauerunt ceruum. Hanc autem extaticam diuinorum notitiã, affectuoſi aſſequuntur theologi, ex magna cordis. i. animi, nedum à peccatis, uerum etiam à peccatorum reliquiis munditia, Dño dicente, Beati mundo corde, qm̃ ipſi Deum uidebũt.

Sunt autem peccatorum reliquiæ, poſt dimiſſum peccatũ, peccati, & peccandi memoria, & conſuetudo, delectabileſq; malorum cogitationes, quæ tam diu ad illicita cogitãda dulciter: & appetenda: animum illiciunt, q̃diu non eſt purgatus. Obumbrationes phantaſmatum occurrẽtium, quæ ſunt corporum ſimilitudines: uti Muſcæ Abrahæ ſacrificio importune ſe ingerẽtes, ac ſquammæ Pauli Apoſtoli oculos cæcantes: quæ à Dei cogitatione, qui ſpiritus eſt, ſunt abigendæ. Ab his ſe totis neruis lachrymoſis orationibus, pœnitudiniſq; colyrio, ueri ſe purgant theologi, in quos (quum purgati fuerint) deſcendunt reuelationum lumina: ac theophamarũ ſplendores, eorũ animi potentiam mirum immodum amplíantes: ita ut in lumine dei, Deum ipſum proſpiciant. Hæ ſunt Aquilæ, quæ in petris (teſte Iob) manent, & in præruptis ſilicibus cõmorantur atq; in ac-

ceſſis, inde contemplantur eſcam, & de longe oculi eorum proſpiciunt. Petræ ſunt æternorũ luminum firmitates, quę micãt in ſanctis. Prærupti ſilices ac fortiſſimi, ſunt angelorũ uirtutes. Inacceſſæ rupes, ſunt trium perſonarum iuga, in quibus reuelationum dulciſſima eſca reperitur, ac deguſtatur. Oculi de lõge proſpicientes, profundæ ſunt, & ſublimes diuinorũ intellectiones, ac ignitæ affectiones. Studeamus itaq; hoſce imitari theologos, & ita mundato corde (ut ipſi) Deũ hic deguſtando uideamus, de quo poſt animæ egreſſum, uoluptatis torrẽte potando, inebriemur, & ut de theologia, quę fides eſt, in eã; quæ uiſio eſt Dei, transferamur theologiam.

De neceſſitate Conſequentis, & conſequentiæ. *Cap.* XXV.

NECESSITAS CONSEQVENTIS eſt concluſio neceſſaria, cuius ſignificatũ, uel naturaliter, uel theologice neceſſario uerum eſt, uti hæc ergo, homo eſt riſiuus, & iſta ergo Deus eſt bonus, quia ſe cõmunicat ſumme, uti pater filio eandem eſſentiam. At neceſſitas tantum conſequentiæ, eſt concluſio debite illata ſecũdum modos arguendi logicorum, quæ tamen eſt cõtingens, uel impoſſibilis, cuius uidelicet, ſignificatum uerũ eſſe poteſt, poteſtq; falſum eſſe. Vti hæc, Plato currit, ſi mouetur. Ideo magnum eſt diſcrimen inter rei, uel propoſitionis neceſſitatem, & illationis, nam & falſa enunciatio neceſſaria dicitur conſequentiæ neceſſitate, neceſſario illata, quæ tamen impoſſibilis erit ex ſeſe, cuiuſq; ſignificatum eſt impoſſibile, uti hæc. Deus non eſt, ſi nulla res eſt. Notandum tamen eſt, propoſitionem dici neceſſariam, & æternam, non reſpectu ſui, ſed ſignificati: & quod ſemper eſt uera ſtante terminorum eius ſuppoſitione, auctenticaq; illius ſignificatione: & non aliter: & ſi dicatur.

De neceſſario, & immutabiliter uero. *Cap.* XXVI.

QVAELIBET PROPOSITIO QVANtuncũq; cõtingens de præteriti temporis uerbo: & præſentis uera: immutabiliter eſt uera. Hæ nanq; ſunt imutabiliter ueræ Adam fuit: & chriſtus eſt in-

carnatus, nec unq̃ falſæ erunt, licet potuiſſent logica potētia fuiſſe falſæ, quoniam potuiſſet Deus Adam non creaſſe, humanitatemq́; non aſſumpſiſſe. Hęc autem. Cœlum mouebitur, quum ſteterit in die iudicii, non erit uera, ideo illa, cœlum mouebitur nõ eſt immutabiliter uera. Propoſitio, aut neceſſario uera naturaliter, uel theologice eſt, quæ naturali potētia, uel diuina, non poteſt eſſe falſa, quum dicit᷑ uti hæc. Cœlum mouetur, & pater producit ex ſe uerbum ęternaliter. Immo omnis propoſitio cum eſt uera immutabiliter eſt tunc uera non tamen eſt neceſſario uera, ut ſupra dictum eſt.

Prædictorum Epilogus. *Cap.* XXVII.

P RAECEDENTIVM SVMma eſt Prædeſtinationis actiuę.i. propoſiti diuini nulla eſt cauſa ꝓpria, licet impropria cõgrua, uti creaturæ rõnalis futura opa ꝑcognita. Prędeſtinationis formalis, ſcilicet beatitudinis & gratiæ reſpectu non adultorum, & aliquorum aliorum, nulla eſt cauſa niſi merum Dei placitum, uti puerorum mox poſt baptiſmum decedentium. Beatæ Chriſtiparæ uirginis, Ioſephi, Hieremiæ, Ioannis baptiſtæ, & Pauli. Aliquorum uero intuitu, cauſam non habet neceſſariam, ſed congruentẽ, & ſine qua non (teſte Apoſtolo) Coadiutores Dei ſumus. Cooperatur liberũ arbitrium Deo ad iuſtificandum, & decens diuinæ eſt li

111

bertati,ut hi prædeſtinentur,qui libere diuinæ obſecuti, & obſecuturi ſunt motioni. Reprobationis ratio cauſa iuſtitia eſt Dei in adultis, & mala reproborum opera præuiſa. In pueris non baptizatis, ac aliis ſine congruis ſacramentis,ratio eſt eorum natura non gratificata,quæ beatitudinis non eſt capax. Dabitur tamẽ eis poſt mortem naturalis beatitudo; ad quã natura apti ſunt,ut probabiliter teneo.

Teneo originalem culpam,eſſe hominem in puris naturalibus relictum,qui abſq; gratia, Dei ſtatuto,beari nõ poteſt,ſupernaturali beatitudine. Fomes eſt appetitus ſenſitiuus,ab originali iuſtitia non cohibitus,quum eſt effrenis in appetendo.

Prædeſtinationis formalis,quæ beatitudo dicitʳ, miſericordia Dei prima eſt cauſa,dehinc fides perfecta,quæ opera concludit.primam tangit Apoſtolus cauſam dicens.Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos,ſed ſecundum ſuã miſericordiam ſaluos nos fecit.Secundam uero tangit quũ dicit. Reddet unicuiq; ſecundum opera ſua. Alexander Halenſis dicit Præſcientiã Dei,de his,qui bene ſunt uſuri gratia,eſſe prædeſtinationis rationẽ,& connotat præuiſa opera.i.ratione præſcitorum operũ.Gandenſis Hẽricus dicit pdeſtinationis ut effectus eſt in ſe conſideratus, & diuinus,quo eſt ab agẽte Deo,nulla eſt cauſa,neq; ut finis,niſi ut Dei bonitas oſtendatur,neq;,ut efficiẽtis,niſi uolũtas Dei.Sed ſi predeſtinatio contẽpletʳ, ut ſuos connotat effectus qui recipiuntur in prædeſtinato,ſic eius aſſignatur ratio,per quam illud circa,

quod eſt actio congruit fini. Et ſpetiatim aſſignat bonum libertatis uſum in electis, & malum in reprobis. Hac aſſertiones ſequuntur Ioannes Baconus, Thomas Anglicus, Gregorius Ariminenſis, Ioannes Picardus, Gabriel Spirenſis, & Conradus Vimpina. Quare, & ego huic, uti rationabiliori aſſertioni aſſẽtio.

EXPLICIT SECVNDVS LIBER DE PRAEDESTINATIONE LIBERO QVE ARBITRIO.

DESTRVIT SEXTAM OPINIONEM ET MOTIVA QVAEDAM Lutheri falſa ſoluit. De tractu Dei, ſeu uocatione diuina.

LIBER TERTIVS.

RELIQVVM MODO EST ut nobis obiectarum rationum nodi à nobis etiam exoluantur. Quarum illa ſextæ opinionis efficacior, contrarie opinãtib⁹ uidet̃. Ordinatũ appetitorẽ finis mediorũq; ad finẽ ip̃m, finẽ p̄ſtituere prius, q̃ media fini opportuna. Atq creaturaꝝ beatitudo rationaliũ, quã formalẽ pro libito theologi moderniores appellãt, eſt oꝑatio beatoꝝ, quæ Deo finis nõ eſt, ſed p̄deſtinatoꝝ intrinſecus, in beatis exiſtens. Deus uero beatoꝝ eſt ultimus finis, & beatitudinis oꝑatiuę beatitudo obiectiua, finiſq; extrinſecus. Prædeſtinatus qdẽ ordine recto. prius beatitudinis bonũ, q̃ p̄ceptorũ obſeruantiã uolet, & q̃ gratiæ, ſpirituſq; infuſionem ad beatitudinẽ ordinem habentem, niſi mandatorũ Dei tranſgreſſione, maius contemneretur bonũ uidelicet Deus, Non autẽ oportet angeloꝝ prius, q̃ hoĩum Deũ uelle ſalutẽ, & q̃ illorum media, quibus ſaluentur, tum, ꝙ creatorum naturam contingenter uelit neceſſaria Dei uoluntas. Tum deniq;, ꝙ unica Dei uoluntate increata, creaturarum uelit finem mediumq; diſponat unum quãuis in aliud.

Tractus etiam patris æterni, ſiue uocatio actiua; Deus eſt miſericorditer uocans. Paſſiua uocatio homo eſt adultus, uocatus, & inſpiratus, Dei motioni aſſentiens. Atqui uocatio, ſiue tractus formalis, eſt Dei inſpiratio, quæ eius mero fit dono. De tractu actiuo inquit Auguſtinus ſuper Ioannē. Mens noſtra, quæ oculus eſt animæ, niſi ueritatis lumine radiet, & ab illo, qui illuminat, nec illuminatur, mirabiliter illuſtretur, nec ad ſapientiam, nec ad iuſtitiam peruenire poterit. Hoc tractu actiuo, & formali uocare omnes, licet tractu paſſiuo non trahātur Dei uocationi libere uolentes uocati, diſſentire. Ideo dicitur ꝙ duplex eſt, uocatio, efficax & inefficax. Prima trahuntur conſentientes electi, ſecunda indifferētes omnes. Ex prima dicitur. Quos uocauit, hoc iuſtificauit. Ex ſecūda dicitur. Venite ad me omnes qui laboratis &ce.

Etiam duplex eſt uocatio ſufficiens. ſ. & ſuperabūdans. Prima Deus omnes uocat. Secūda aliquos tātum, uti beatum Paulum, dum actu Chriſtū, ac chriſtianos perſequeretur. De prima dixit Chriſtus. Venite ad me oés, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Tractus etiam actiuus duplex eſt, per amorem quidem alter, aliuſq; ex timore. Vnus inſeruit alteri. ſ. amori timor. Præcedit timor, ut amor ſubſequatur, ſic & Paulus timore prius cōcuſſus eſt, ſubinde tractus amore fuit. Et quem maior timor compulit ad charitatem, ab eo perfecta charitas miſit timorem ſeruilē. Quum ſic timore concuſſus fuit Paulus, nondum fuit in gratia, & tamē Dei miſericordia

ſic præuenit eum, ut poſtea conſentiret in gratiā ad eamq́; ſe præpararet, atq; hoc eſt quod dicimus, tria diſtinguentes momenta, primum quo peccator horrore quodam percutitur. Idq́; fit extra gratiam, gratificam, quāq̄ non deſit auxilium gratiæ gratis datæ. Secundum quo peccator ſe cōuertit & præparat ad gratiam. Tertiū ipſius gratiæ infuſio. Ad Ioānis euāgeliſte Chriſti uice, dictum. Nemo uenit ad me, niſi pater meus, qui miſit me traxerit eum, dicimus, eum intelligere de uocatione efficaci, omnem enim fide & amore hominem ad Chriſtum uenientē, prius à Deo uocatum eſſe, ut in chriſtū credat eumq́; amet oportet non autem quēlibet uocatum, & à patre inſpiratum, ut in Chriſtum credat, eumq́; amet, mox credit in eum. Quoniam conſentire in eum amando & credendo, noſtræ eſt libertatis. Sicut enim non eſt uolentis, neq; currentis, ſed miſerētis eſt Dei, ita quoq; non eſt tantum miſerentis Dei, ſed currentis, & uolētis hominis, licet multi uocentur, pauci, tñ obtēperant, dicēte Dño. Multi ſunt uocati, pauci aūt electi.

Vocantur, & trahuntur multi Dei uerbo externo prædicato, uel lecto, & bonorum promiſſione æternorum, ueluti ſi ramum oui oſtenderis uiridem, trahēs illam, puero ſi nuces, trahes eum. trahitur homo eius oſtenſione boni, quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe. Et licet beatus Auguſtinus. unde unus trahatur, & alius non, liberam uirorum, & mulierum obedientiam proteruamq́; aliquorum

peruicatiam aſſignare potuiſſet. iuxta illud Apoc. iii. Ego ſto ad hoſtiũ & pulſo ſi q̃s aperuerit mihi, intrabo ad eũ, & cœnabo cũ illo, & ille mecũ. Attamen eo, q̃ nullus baetitudinis operibus congruis ad omniũ patrẽ mouet̃, & præoſtenſum bonum, niſi Dei dono. prius animam diſponente tractus, quod naturæ uiribus mereri nõ põt, imbecillis, & inimica prius creatura Anguſtinus dixit. Quare illum trahat, & illum non, noli quærere, ſi non uis errare.

Tractus actiui .i. Dei uocãtis, qui Deus eſt uocãs, cauſa aſſignari nõ poteſt, cuius nulla eſt cauſa, erit tñ paſſiui tractus .i. ut homo inſpiratus conſentiat, liber internæ, aut externæ Dei uocationi conſenſus, cum Dei tñ auxilio, neminẽ deſerẽte. Reiectionis uero, & auerſionis malorũ eorũ liber diſſenſus. iuxta illud Salomonis elogiũ. Vocaui uos, & renuiſtis extẽdi manum meã, & non fuit qui aſpiceret, deſpexiſtis omne conſiliũ meũ, increpationeſq; meas neglexiſtis. Ecce in Salomonis oraculo, libera conſpicitur peccatorũ rebellio, qua boni oſtẽſione, á peccatis, miſericordiarumq; patre, nõ trahunt̃ mali .i. nõ conſentiũt. Secus de ſe inquit ꝓpheta. Audiã quid loquat̃ in me Dñs meus, q̃m loquet̃ pacẽ in plebẽ ſuã. Et Samuel Heli mandato Deo reſpondit uocanti. Loquere Dñe, q̃m audit ſeruus tuus. Hoc fortaſſis diſſenſu præuiſo in Eſau futuro, inquit propheta uice Dei. Eſau odio habui, hoc eſt Eſau improbatus eſt, ita ut non ex operibus, quæ nondum natus patrare potuerat, aut boni quicpiam agere, atqui ex diſſenſu, quem uocãti Deo

habiturus erat,& ex operibus malis; quæ exortus patraturus erat,Iacob uero ex aſſenſu, quo uocanti Deo obtemperaturus erat, boniſq; operibus ab eo futuris,& non præteritis dictum eſt,Iacob dilexi, uocat enim Deus ea, quę non ſunt, tanq̃ ea quæ ſunt, ideſt cognoſcit Deus.

Paratus igitur eſt Dominus omnes trahere,trahi uolentes, ita ut eis non ſit locus excuſationi eis, qui non trahũtur.Quinimmo tanta eſt Dei benignitas, ut aliquos trahi nolentes trahat etiam tractu ſuperabundanti,non tamen omnes.Nec tantę benignitatis quęrẽda eſt cauſa,nec quęri poteſt.Sufficiat cuiq; ut trahatur,ſiue uocetur ſi trahi, ideſt cõſentire uelit. Et forte ob hoc inquit Auguſtinus. Quare illũ trahat.ſ.uolentem,& alium nõ trahat noli quęrere, ſi nõ uis errare.Quòd ſi dixeris.Si meæ eſt facultatis, ut trahar. Vt quid Auguſtinus dicit.Semel accipe,& intellige nondum traheris,ora ut traharis. Ad hoc dico beatũ Auguſtinũ alloqui tepidos,qui imperfecte trahi uolunt,impediti adhuc mũdanis nimiũ amoribus,rogent tales,ut uehemẽtius è luto prauarum cõſuetudinũ trahantur,nec uiſco uitiorũ irretiantur,utpote qui grauiores exiſtũt,uehementiore inſpirationis impulſu indigent, q̃ hi qui ſunt leuioribus preſſi peccatis,hi petant uehemẽtius trahi,utpote grauiore fomitis impulſu,aut habitꝰ uitioſi,aut naturę qualitate preſſi,ut leues facti gratiæ Dei dono, & agiliter paſſionibus reſiſtentes currere queant in odorem unguentorum Dei.

Ex his prædictis, ſummatim notabis. Dei uocatio nem primam, & inſpirationem ex mero Dei pendere placito. Conſenſum uero hominis, quo Deo uocãti aſſentit, ex Dei ope, liberoq́; pendere arbitrio, infuſio nem charitatis ex ſola Dei uolũtate. Verum bene ui uendi perſeuerantiam, ex Dei ope, & ex libero pen dere arbitrio. Hæc notantur per dilecti Ioannis uer- ba in Apoca. cap. iii. dicentis. Ego ſto ad hoſtiũ & pul ſo, quo ad uocationem Dei. Si quis mihi aperuerit, & conſenſerit, quo ad ſecundum, intrabo per donum charitatis ad eum, quoad tertium, & cœnabo cum il lo, & ille mecum quo ad quartum. Quoad primũ & ſecundum dicitur à Chriſto. Omnis qui audiuit à pa tre, & didicit, hic uenit ad me. Didicit enĩ qui diuinæ aſſentit uocationi, ut diſcipulus magiſtro docẽti. Mi ſericordia Dei nolentem præuenit, ut bene uelit, uo lentem adiuuat, ut perficiat, operantem ſubſequi- tur, ut perſeueret.

Dicet aliquis. Si Iacob ex ꝓuiſo eſt aſſenſu à Deo dilectus, ut ſupra retuli, Dei gratia, ex merito pende bit creaturæ præuiſo, ſimiliter & diuina prædeſtina- tio. Reſpondeo. Prædeſtinationem formalem. i. bea titudinem connotatam, adultorum, in tota amplitu dine huius ſigni (q̃ prædeſtinatio dicitur) aliquo mo do pendere ex merito congruo, & non cõdigno, & ni hilominus ſtat nos, Dei gratia ſaluatos eſſe, quia uo- luit nos. iuxta illud. Saluum me fecit, quoniã uoluit me, & ita ſtant ea uera eſſe, quæ à Paulo Epheſiis, & Corinthiis dicuntur. Et ſumus, uti lutum in manu fi-

guli, Quoniam ea omnia dicta tangunt principalem ſalutis cauſam, & fidem ipſam actualem perfectã eſſe ad hominis ſalutem correquiſitam. Ex dicto Pauli ad Epheſios. Nõ intellecto multi totam ſalutis cauſam ſolo Dei placito aſcribunt.

A Luthero ſcripturæ elogia, & Sanctorũ perperam intellecta exponunt, Cap. II.

DE SCOPIS LVTHERI COpioſiſſime. Melifluus Roffeñ. diſſeruit eoſq; deſtruxit, quibus nonnulla adiicere placuit. De illo, qđ adducit Lutherus de ſpiritu, & litera cap. iiii. Liberum arbitrium nihil ualet, niſi ad peccandum, quæ eſt iſta libertas, quæ non niſi in alteram partẽ poteſt. Reſpondetur. Lutherum ommittere Auguſtini dictum, truncatumq; relinquere. Sequitur enim, ſi latet ueritatis uia. nam ſi uia ueritatis ignoretur, quomodo, quiſquam id, quod agendum eſt, & quo nitendum. quando cœperit non latere, niſi etiam delectet, & ametur non agitur, non ſuſcipitur, non recte uiuitur, quãuis bonam uitam. i. meritoriam, nullus unq̃ aſſequitur ſine gratia, ex hoc tamen non infertur, ꝙ ſine gratiæ ſpiritu, quem charitatem appellamus, liberum arbitrium, non ualeat quicquam niſi ad peccandum. in peſſimis hominibus, bona ex genere inueniũtur opera, & in Ethnicis philoſophis, opera moralia. Hinc Dñs, Apoſtolorũ cœtui inquit. Exi cito in uicos & plateas. & bonos, & malos cõpelle intrare, bo-

nec ei fornicationis piaculum imputaretur ſi liber non fuiſſet.

Id etiam exponit Lutherus illepide. Qui non manet in me, excidetur uti palmes & areſcet & mittetᷣ foras, dum per foras mitti intelligit perperam, non poſſe intromitti, tanq̃ omnino datus in Sathanæ poteſtatem, ſic, ut nõ poſſit amplius ſe pręparare ad grãm. Et oppoſitũ patet de Corintho anathemate miſſo foras, ſed foras mitti eſt in futurum (ſi non conuertatᷣ) peccator, ſeparari in extremo iudicio á Sanctis, quoniam ſeruus non manet in domo in æternum. Cõcedimus tamẽ ꝙ uere nil poſſumus ſine Dei influxu generali. In ipſo enim uiuimus, mouemur & ſumus. Cũ influxu ſpetiali noſipſos pręparare poſſumus ad charitatis ſpiritũ, moraliterq; bona opera agere, ut Cornelius Cotiarius. Hinc Auguſtinus. Si non traheris, ora ut traharis. Extra charitatem exiſtens, orare debet, ut ad charitatẽ trahatur, ad quam, qui reditũ non moliť in dies fit peior, eò, ꝙ peccatum, qđ pœnitentia non diluitur, mox ſuo in aliud trahit pondere.

Ad illud Geneſis. viii. cap. Cuncta cogitatio cordis humani, prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua. dicit Lutherus, ꝙ dicendo cuncta, nihil boni relinquit. Reſpondetur, ꝙ licet ſtimulo carnis homo, ad malum inclinetur, tamen, ſi libertate ſua non conſentiat, non peccat. Ex aqua enim baptiſmali ita debilitatur concupiſcentia, ut libertate ſua ipſi reſiſtere poſſit. dicẽte Romanis Aplo. Quòd uetus hõ noſter ſimul crucifixus eſt, hoc eſt concupiſcentia

īnata ex peccato primi hominis in baptiſmo (de quo
bi loquitur) debilitata eſt, ut deſtruatur corpus pec
cati, nam concupiſcentia, quã uocat ibi corpus pec-
cati deſtruitur cum libertate & Chriſti gratia refre-
natur. Carentes gratia licet non neceſſario continue
peccent, diu'tñ abſq; peccato perſiſtere nõ poſſunt.

Eſt & illud. Non permanebit ſpũs meus in homi-
ne in æternũ, quia caro eſt, ſi caro eſt nihil boni ope-
rari poteſt, quia manifeſta ſunt opera carnis. Galath.
v. ut in primo libro. cap. iii. diximus. Ad hæc ex Hie-
ronymo dicitur in Hebræo ſcriptum eſſe. Non iudi-
cabit ſpiritus meus homines iſtos in ſempiternum,
quoniam caro eſt, hoc eſt, quia in homine fragilis eſt
conditio, non eos ad æternos ſeruabo cruciatus,
atqui hic illis reſtituam quod merentur, quod non
Dei ſæueritatẽ, ſed clementiam ſonat longeq; à ſen-
ſu Lutheri abeſt, qui interpretatur, non arguet ad
conuertendum impios iſtos ſpiritus meus, qui eſt
in Noe, & aliis Sanctis, quia ſunt carne excæca-
ti. hoc dictum eſt. Non conuertentur ſpiritu præ-
dicationis Noe. ideo accelerabo diluuium, quia im-
pium habent affectum. Rabi Samuel dicit, q̄ tex-
tus ſonat. Non diſceptabit Spiritus meus. hoc eſt
non ſeruabo examinationis iudicium, q̄ in iudiciis
ſententiam iudicis præcedit, quia caro ſunt, ideſt
penitus dediti uitiis carnalibus. Adeo enim mani-
feſta ſua ſunt facinora, q̄ poſſunt abſq; examine con-
demnari. Et infert Lutherus, ſi non permanet un-
quã in hominibus ſpiritus, ergo ſemper mortui ſunt

peccato,& mortis tantum opera faciũt. Opus mortis ad uitã gratiæ nõ diſponit. Reſpondetur per ſpiritum,nõ intelligit charitatis ſpiritus,ſed Dei indignatio,ſecundũ quoſdam & per carnẽ,pronitas ad peccandũ.Ideo ſignificat non procedã indignanter contra hominem æternaliter puniendo.Atqui tñ tẽporarie,ne pereat in æternũ. Ideo putauit Ambroſius, aquis diluuii merſos,multos ſaluatos eſſe.

Eſaiam etiã citat dicẽtẽ.Se ſuſcepiſſe de manu Dei duplicia pro omnibus peccatis ſuis,gratiã.ſ.& gloriã ergo gratia & gloria pro peccatis dantur.i.poſt peccata credenti,nõ tamen ſequitur, q̃ dentur niſi pro peccatis,ſed poſt bona opera moralia. Nam & Cornelio data eſt gratia pro operibus bonis, ante enim gratiæ ſpiritum gratificum,elemoſynæ & eius orationes fuerunt gratę in cõſpectu Dei.Per duplicia intelligit Eſaias.ultionẽ duplicem,unã à Romanis,alteram à Babyloniis,unde ſequitur; cõpleta eſt malitia eius, culpæ.ſ.& pœnæ afflictio,Dimiſſa eſt iniquitas eius, ob uidelicet pœnæ ſatisfactionẽ,ideo pro omnibus peccatisſ, non intelligit pro omnibus operibus eius (ut putat Lutherus,)quoniã pleraq; opera habitantium in Hieruſalẽ,non fuerũt ante gratiã gratũ faciẽtem. Vel per duplicia,intellige priuationẽ gratię,& pœnam,quia probabililiter, multi de populo ipſo ſimiles erant Cornelio, Tobię & Centurioni,qui non peccatis,ſed elemoſynis,orationibuſq; Deo placuerũt,ſic Iudith uidua,Heſter,Heliſabeth & zacharias.

Notandũ tñ eſt,q̃ meritis,uel operioribus exte-

rioribus præcedentibus non iuſtificat̃ homo condi-
gne, etiam ſi bona fuere, ſed iuſtificatur homo forma
liter charitate, quæ cum fide dicitur, perfecta fides,
& poſt mala tantum opera, ſi poſt iuſtificationem nõ
concedatur tempus uitæ iuſtificato. Saluatur etiam
homo ſine operibus ſequentibus, ſi uero concedatur
tempus uitæ poſt perfectam fidem, etiã exterius lo-
co & tempore operandum eſt, alioquin formalis iuſti
ficatio, ideſt Charitas perdetur. Dicẽte Domino. Ha
benti dabitur, ideſt habenti opera poſt iuſtificationẽ
augebitur charitas, ſed ei qui non habet, ſcilicet ope
ra etiam, id, quod habet, ideſt gratia auferetur ab eo.
Hinc Diuus Iacobus inquit. Fides ſine opibus mor
tua eſt. Et intelligit ſine operibus ſequentibus ſi adſit
tempus bene operandi. Operandum igitur eſt, ut ma
gis iuſtificetur iuſtificatus. porrho Apoſtolus Rom̃.
inquit. Ei qui operatur, ſcilicet in fide formata, mer-
ces non imputatur ſecundum gratiam tantũ, ſed etiã
ſecundum debitum, cum Deus talium operum ſe cõ
ſtituerit debitorem. Apoſtolus. Bonum certamẽ cer
taui, uſq; reddet mihi iuſtus iudex. Reddũtur ea, quę
debentur. Ei uero, qui non operatur, credenti au-
tem in eum, qui iuſtificat impium, reputatur fides
eius, quæ eſt opus tantum interius. i. acceptatur ad
iuſtitiam, hoc eſt ad iuſtificationem formalẽ, quæ eſt
charitas, ſiue gratia, & iuſtificatio perfecta charitatis
perfectione ſecundum propoſitum gratiæ Dei, ideſt
fides perfecta ſine operibus exterioribus ſufficit ad ſa
lutem, ſi tempus, & opportunitas operandi non ad-

ſint credenti. Confirmat Dauid, qui beatitudinem, ſcilicet uiæ, ſiue iuſtificationẽ illi concedi dicit, cui deus accepto, ideſt gratis, fert iuſtitiam, ideſt iuſtificationẽ, cum inquit. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.

Poſſet quoq; aliter exponi ſic, uidelicet. Ei qui operatur aliqua bona ante fidem, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecũdum debitum, hoc dictũ eſt. Si præmiũ ei datur pro bonis, quæ fecit, hoc non erit gratis, ſed ex debito meriti præcedentis, ſic q; fidẽ præcedent merita, quum tamen fides formata ſit omnis actus meritorii principium, & omnium baſis uirtutum. Ei autem, qui non operatur opera legis cerimonialia atq; carnalia, uel quæcunq; alia ante fidem, ſicut gentilis, credenti autem per fidem formatam in eum qui iuſtificat impium, ideſt in Chriſtum, reputatur eiu fides ad iuſtitiam ſecundum benignum Dei decretum. Decreuit enim Deus, ut onere legis ablato homines fide iuſtificentur, & ſaluentur. Hoc tamẽ Apoſtoli dictum æque militat de operibus euangelicæ legis, ꝙ uidelicet non iuſtificant, niſi poſt fidem magis, ac magis, & intelligendum eſſe duco, ꝙ non iuſtificant uti cauſæ principales, ſed tantum inſtrumentales, & Deus principaliſſime, & effectiue iuſtificans eſt, uel melius eſt dicendum, ꝙ equiuocat de lege, primo accipit legem ut includit tantum opera moralia, & ceremonialia ſecundo, ut includit etiam fidem & charitatem. Vide in tractatu de iuſtificatione.

Dicet quis, operibus hominem iuſtificari, dicente Apoſtolo. Quòd factores legis iuſtificabũtur, ergo non fide tm̃, contra illud. Ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis homo. Reſpõdetur ꝙ intelligit Aplus. Quòd homines iuſtificabunt̃, ut ſint factores legis. Ita etiã dicimus. Angeli creabuntur, ut ſint angeli, nõ autem prius ſunt angeli, ut creentur.

Repudiamus Pellagianos. Qui gratiam gratificã adulto nullis etiã meritis congruis putant concedi, & Lutherum damnamus dicentẽ. Gratiam dari pro peccatis. Via media ĩcedimus, ꝙ uidelicet adultis detur, qui conatu ſuo ſe præparant. Nec tñ tollit̃, quo minus gratis detur, nec ſophiſtice loqmur, diſtinguẽdo de merito congrui, & condigni.

Iungit Lutherus ex Eſaia illud oraculũ. Omnis caro fœnum, omniſq; gloria eius, uti flos fœni, exſiccacatum eſt fœnum, floſq; decidit. Per fœnũ intelligit carnem, per florẽ gloriam, & opus, & cogitationem carnalem ſuggeſtam, quæ excitatur à carne. i. nullius eſt uiroris, uel meriti, etiã de congruo, ſed rectius Lutherus per carnis florem, carnis pulchritudinẽ intelligeret, quæ à Iacobo Apoſtolo flori cõparatur. quoniam per horarũ momẽta creſcimus, decreſcimuſq;, & nũq̃ in eodẽ manemus ſtatu. Infans ſubito pueraſcit, & repente iuuenis ceu camporũ prata. Speties enim corporis tẽpore deficit, langoreq; conſumitur. Per ſpiritum Dñi ultionẽ intellige, qua flante, caro, & eius pulchritudo, cadit in morte & in infirmitatib⁹. Martinus perperã exponit liberũ arbitriũ carnẽ eſſe,

cadereq; ad flatũ ſpiritus.i.ad præſentiam gratię,acſi non poſſint eſſe ſimul gratia, & liberũ arbitriũ. Sed audiat Hæreticus Apoſt.Corinth.clamantẽ.Vbi ſpiritus,Dñi ibi libertas.ſ. operandi meritorie. Liberũ arbitrium per gratiam iuuatur.

Inſtat Lutherus.ex Hieremia.x.c.ubi habet.Scio Domine,quoniam non eſt hominis uia eius,neç uiri eſt,ut dirigat greſſus ſuos.Per hominis uiam, naturalem intelligens uirtutem id operandi, quod ex ſe eſt, & non aduertit.Hieremiam ibi intelligere de Babyloniis,qui acceſſuri erant ad flagellãdũ Iſraelitas, nõ proprio,ſed Domini offenſi inſtinctu,& de Iudæis,q per uiam iuſtitiæ incedere nequierunt, niſi caſtigati. Caſtigatio enim potuit eos ex ſemetipſis errantes,ad reditum impellere.

De uia aũt Dñi reſpondemus Luthero, eam eſſe triplicem,unam eſſe,qua ſequimur concupiſcentias carnis cum generali influentia Dei,alteram,qua id ſequimur,quod fugerit ſpiritus,reclamante carne, cũ Dei ſpetiali auxilio.Tertiã, qua meritorie gradimur in uiam mandatorum Dei,cum ſpiritu gratiæ,qui ſpiritus in noſtra eſt poteſtate.dicẽte Ioanne. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri.Dedit quippe non filiis,nõ habentibus charitatem,poteſtatẽ filios fieri Dei per gratiæ adoptionem.

Deinde dicit Lutherus.Quomodo erit in uiri poteſtate,ut ſe præparet ad gratiam,in cuius ui nec eſt ſuas uias facere malas.mala opera dicit Lutherus, in malis operatur Deus hominibus,malos iam corru-

pt⸗s mouendo ſua omnipotentia, iuxta illorũ natuⸯram corruptam. Vitiati uitioſa appetunt, & operantur, reſiſtentibuſq́; ſuis appetitibus malis indignãtur. Ipſaq́; indignatio induratio eſt. Sicut Moſi & Aaron indignatus, Pharao irritatus, & induratus eſt. Sed iã, de his ſatis dictum ſit.

Quum dicitur, impium non poſſe facere malum opus abſq; Dei influxu. & poſt mali commiſſionẽ reſurgere non poſſe ſine eodem, quem non ſubtrahit niſi indurato. uti Pharaoni, aut in reprobũ ſenſum traⸯdito, intelligendum eſt impium peccare nõ poſſe naⸯturaliter, niſi Dei influxu generali, nec ſine influxu ſpecialiſſimo, quod eſt charitatis donum, non poſſe reſurgere. Quidam ſcolaſtici tenẽt impium poſſe reſurgere, & ſe p̄parare ſine gratia gratis data, ſola Dei generali coagentiã ſiue motione, inter quos eſt Scoⸯtus, & Gabriel Spirenſis. Quod ſi ita eſſet, Deus inⸯduratis externum non præberet auxilium, quod nõ induratis non ſubtrahit uti eſt uerbum exhortatioⸯnis. Videtur aliquibus, q̊ Pharaoni nõ internũ deus, nec externum præbuerit auxilium, quaſi iam damnato, quo non poſſet bonum uelle. Quanto enim quis pluribus, ac maioribus peccatis irretitur, tanto de gratia Dei gratis data minuitur, ac ſubtrahitur, poteſtatiq́; Sathanæ ſubiicitur. Augenti peccata minorẽ Angelus cuſtos adhibet protectionem, fides informis debilitatur, & ſimiliter ſpes acquiſita, uel infuſa informis, plus à Diuina bonitate elongatur. Virtutes morales, ſiue infuſæ, ſeu acquiſitæ, aut minuuntur, aut pe

nitus annihilantur. Obſcuratur ratio. Concupiſcibilis, & iraſcibilis effrenes & uirtutibus ſpoliatę, in peccatorum baratrũ ruunt. Hinc fit, ut inualeſcente accidia, quæ obſeruationis præceptorum diffidentia eſt, ac concomitante nimia de Deo triſtitia, deſperet peccator de pœnitentia, ac Dei miſericordia, cuiuſmodi putatur fuiſſe Pharao. Alii non indurati, gratia tantum carent gratifica, qua non exiſtente, meritorie nõ poſſunt operari.

Lutherus (ut ſupra improbatum eſt) dicit, Deum operari peccata in nobis, ex dicto Prouerb. xv. Opera noſtra omnia operatus eſt Dominus, & impiũ ad diem malum, & ex Apoſtolo, quũ Romanis, de philoſophis inquit ingratis, de naturali accepto gratis lumine. Tradidit illos in reprobum ſenſum, ut faciãt ea quæ nõ cõueniunt, & nõ aduertit, Deum eſſe cauſam operis noſtri naturalis partialem, & totalem, ſed non totaliter in totum influens opus noſtrum cum libertate noſtra, & etiam impium, non á Deo quidem impium factum, ſed ad diem malum ſeruatum hominẽ. factum à ſe libere impium.

Et notãdũ eſt, aĩam eſſe mediã ĩter carnẽ, & ſpũm, ſi ſpũm Dei audit, Deũ habet adiutorẽ, ſi carni cõſentit, Demonẽ habet impulſorẽ, ſi carnẽ audit, carnalis fit, ſi ſpũm ſpiritualis. De his dicit Apl's. Vos nõ eſtis in carne, ſed ĩ ſpiritu. Anima ſurda facta ſpiritui, à deo deſerta, traditur in reprobum ſenſum.

Adducit Lutherus id, qđ de Pharaone Exo. ix. habet In hoc excitaui te. i. irritaui, ut oſtẽdã ĩ te uirtutẽ

meam. Et textus hebræus habet. In hoc ipſum ſeruaui te. Aliqui exponunt, irritaui te, ac prouocaui te, ac ſi Deus prouocauerit Pharaonē ad obdurationē, ut oſtenderetur potētia Dei, ac ſi Deus fuerit cauſa peccati Pharaonis. Alii uero (& melius) in hoc ſeruaui te. Quia Dominus medico ſimilis eſt qui à prætore damnatum paulatim iubet interfici quo medicinæ artē, ut alios curet, adiſcat. Et Prætori cōparat Deū, qui damnatum eius ſententia, paulatim pœnis affligit, ut cæteri peccare timeant. Iam Pharao exceſſerat peccandi modum, abutens gratia gratis data, propter quod, iuſte plecti debuit, ut eius flagellis plurimi erudirentur. Marſilius Heldibergenſis tenet Deū, peccatoribus ad præfinitū tempus & peccatorū numerum, & quantitatem præfinitam ſuperabundantē gratiam gratis datam peccantibus elargiri, & illud ſi exceſſerint tempus, & faſcinorum quātitatem, & grauitatem, ſuperabundantem ſubtrahit, & ſufficientem tantū gratiam gratis datam relinquit, & forte minuit ad extremū eorū uitæ terminum uſq; quo fit, ut peccatores amplius reſcipiſſere non ualentes iam deſperēt habitu malo ſuccreſcente, Deiq; gratia ſuperabūdante deficiente. Vti ſi ſenex aliquis, claudus iturus Romam à remotis partibus, ſeuio, claudicatione, & itineris difficultate, cœpto ab itinere tedio deſiſteret quod iuuenis ſtrenuus, hilari arriperet animo. Marſilii opinioni conſenſit Hadrianus Cymbricus Pont. Maximus, dicens Deum expectaſſe ob hoc, ut cōplerentur peccata Amoreorū ante ingreſſum filiorum

Iſrael in terram eorũ, & diſtuliſſe eorum ingreſſum in terram promiſſionis. Ob hoc iudico, Deũ noluiſſe uoluntate ſigni Pharaonem relinquere populũ Hebræum egredi Aegyptum, & hac cauſa per Moſem, & Aaron miracula egiſſe, & ab initio opem Pharaoni ſpetialiter dediſſe, uel antea in multis, qua perperam uſus eſt. Induxit enim Magos & Memphiticos Aruſpices, indignumq́; ſe fecit ſpetiali Dei auxilio, quo ſubtracto cæcutiit. Potuitq́; generali influentia tantum oberrare, & nõ ſe flectere tot uiſis prodigiis, & porteutis. Quin etiam poſtq̃ peccauit in primo ſigno. adhuc Dei ope non eſt penitus deſtitutus, ut nõ libere populũ Dei dimittere poſſet, alias gratis, & ſine cauſa coram eo per Moſem, & Aaron, ulteriora feciſſet Deus ſigna, ſi ad eum uerti nequiuiſſet, gloriam nanq; ſuam æquæ paucis potuiſſet declarare ſignis atq; multis.

Beatus Hieronymus in cõmentariis noni cap. epiſtolæ ad Rom̃. Vbi de Pharaone, Iacob, & Eſau loquit̃, multis dictis interpoſitis dicit. Quòdquũ deus nondum natis gemellis fratribus, de Rebeca multa præparaſſet bona temporaria, forte quia eorum libera præuiderat futura opera. Apoſtolus infert Iudęorum obiectionẽ, quæ talis eſt. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas eſt apud Deum præeligẽdo unũ alteri fratri gemello ante illorũ natiuitatẽ ex utero? Et reſpondet Apoſtolus, Abſit.i. alienũ ſit à cogitatione hominis talis opinio. Vt Deus ſit iniquus, aut perſonarum acceptor, & ſequit̃, Moſi enim dixit. Miſere-

bor cui miſertus ſum, hoc eſt illius miſerebor, gratifi cando, & glorificãdo eum, qué præſſiui miſericordiã congrue poſſe mereri, & iam ab æterno illius ſum mi ſertus, eum prædeſtinando, miſericordiãq; pręſtabo, ideſt beatitudiné illi, cui miſerebor. i. charitaté prius dedero. (Eſt enim idem charitas & gratia gratum ſa ciens) quàm preſſiui me daturum de congruo ex eius bono liberi arbitrii uſu præſcito. Huius ſententiæ Apoſtolice quæ primo Moſis eſt Exodi cap. xxxiii. Iudæi ueram intelligentiam non habentes, arguta bantur, & eorum Paulus ita gerit dialognm in ſe, ſi biq; ipſi ita obiicit. Si ſic eſt Moſis dictum, igitur non uolentis neq; currentis, ſcilicet eſt poſſe uelle & cur rere, ideſt operari. Atqui miſerentis Dei, eſt donum. Conſequentiamq; alio affirmat teſtimonio dicens. Dicit ſcriptura Pharaoni, quia in hoc ipſum excita ui te, ſcilicet per flagella, ut oſtendam in te uirtutem meam, ad terrorem uidelicet aliorum, quo peccate ti meant, annuncieturq; nomen meũ, ideſt iuſtitia mea, in uniuerſa terra, ergo cuius uult miſeretur, & quem uult idurat. Dicis itaq; mihi tu Iudæus. Quid adhuc quæritur, ideſt cauſatur humana fragilitas ſi non ſal uetur? quia, ſcilicet libera non eſt ad operari bene, ut ſaluetur. Voluntati eius beneplaciti conſequẽtis, qs reſiſtet? ac ſi dicat, nullus. Reſponderq; Apoſtolus. o homo. Tu quis es, qui riſpõdeas Deo. i. cnm Deo cõ tendas. Agnoſce quæſo te liberum eſſe, qui cũ Deo cõtendere uales. Nunqd dicit figmentũ ei, qui ſe fin xit, quid me feciſti ſic? ac ſi dicat non, non enim libe

rum eſt figmentũ, ut cõtradicat fictori, ſicut tu liberes ad cõtradicendũ Deo. An non habet poteſtatẽ figulu ,luti ex eadem maſſa facere uas unũ in honorẽ, & aliud in contumeliam? uel intelligit Apoſtolus, ꝙ licet ſitis liberi ad contradicendũ Deo, non tamen cõtradicere deberetis, etiam ſi id faceret, quod putatis, quum magis habeat Dñs in uos iuſq̃ figulus in lutũ ſuũ, quod figulo nõ cõtradicit. Atqui, ꝙ liberi ſitis ex hoc amplius uobis oſtendo, quia uolens Deus oſtẽdere iram ſuam.i.uindictam in uaſa iræ.i. Aegyptios, offenſam Dei continẽtes, & Pharaonem, notamq́; facere potentiã ſuam, ea uaſa ſubmergẽdo in mari rubro, quia ſe apta fecerãt libertate ſua, ad interitũ dãnationis tẽporalis, & æternæ, ſuſtinuit.i.in multa patientia expectauit poſt multa eorꝫ ſcelera, ut reſcipiſcerent, in libertatis eorum ſignum. Alias expectatione non fuiſſet opus. Itẽ, ut oſtenderet diuitias, hoc eſt abundãtiam miſericordiæ ſuæ in uaſa miſericordiæ ſuæ.i.electos, uti uaſa miſericordiæ gratiã cõtinentes.i. Iudæos, quæ uaſa ad gloriã præparauit, ideſt expectauit bona opera ſua, quę libertate ſua facturi erãt. Et ex dictis Paulinis cõcludit, iuxta Hieronymi interpretationem, bonos & malos liberos eſſe. De his late dixi in cõmẽtariis epiſtolarũ beati Pauli.

Proponit Lutherus dictũ Prouerb.cap.xvi. hoĩs eſt præparare cor, & Dñi gubernare linguã, nec aduertit primã dicti partẽ, hominis arguere libertatẽ, ſecundamq́; opera exteriora imperata, quæ poſſunt impediri, & contra libertatem, ui, moueri poſſe.

Ad illud Prouerb.cap.xxi. Sicut diuiſiones. Aquarum,ſic & cor regis in manu Dñi.ad quodcũq; uoluerit uertet illud,nõ ut cogat,ſed ut cor ſapientis in manu eſt boni conſiliarii. Notandum tamen eſt. Deũ mouere poſſe uoluntatem creatã in ea producendo uelle,& nolle,aut utrũq; uiciſſim, & annihilando alterũ ipſorum,uel non influendo ad illorum actuum productionem,non tamen ſic mouere ualet, ut quicpiã inuite uelit,quoniam contradictionem implicant. uoluntatem,ſcilicet uelle,& nolle. Sic enim id nolet qđ uult,Deo nolente.

Dicit præterea Lutherus,nos non eſſe liberos,q̃a uita noſtra.i.anima,operum radix, in noſtra non eſt poteſtate,etiam,ꝙ non agamus bonum,ut dicit Apoſtolus,& agimus, quod uolumus malum. Cui dico, mortem,& uitam eſſe in manu Domini, quæ tamen uita ita ſuorum actuum cauſa eſt,ut & ignis ſubſtantia quæ bonitate ſui motus cauſa eſt aſcendẽdi, & nõ cauſa eſt ſubſtantiæ. Motus etiam carnis, licet non ſint nobis ſubiecti, conſenſus tamen nobis eſt ſubiectus. Aliquis nãq; motibus libidinis exaſtuat, qui nõ conſentit carni.

Fratres Ioſeph non ui coacti ſunt,ſed ſponte conſilium mutarunt dicente Iuda.melius eſt,ut uenundetur Iſraeilitis,& ſponte factum, Deus poſtmodũ uertit in bonum quod fratres ordinauerant in malum.

Eſaias.xl.cap.inſenſatis Idolis loquit᷑. bene & male ſi poteſtis facite. Nec falluntur Papiſtæ, ad incõſtãtiam rerum aſpicientes,eorumq; contingentiam po

nentes

nentes,quas etſi Dei præſcientia immutabiliter ui/
det.non tamen ſunt neceſſario,etſi tu Luther non fal
leris,Deus auctor omnium eſt criminũ, nulluſq; de
malitia incuſandus eſt,nec de errore á te ſunt Papiſtę
incuſandi,quum Dei præſcientiã uitare non poſſunt.
Perperam etiam Apoſtolus optaret homines ſaluos
fieri.Præſcientia Dei non cogit hominẽ,quãuis præ/
ſciens Deus ſit immutabilis.præſcita tamen contin/
genter ſunt, uti ſupra ſecundo libro declaratum eſt.

Citat Lutherus apoſtolum Epheſiis dicẽtem. Era
mus natura filii iræ.ꝗ ſi ita eſt,nil boni poſſumus age
re,cum ſatius inferre debuerit,ergo nil boni merito/
rii operis facere poſſumus.Sine charitate multa mo
raliter bona,& alia in Deum referibilia opera, cum
gratia gratis data agere ualemus.Poſſumus autẽ cha
ritate mereri erepti a Regno Sathanæ, hinc infert
Apoſtolus.Deus qui diues eſt in miſericordia.ꝓpter
nimiam charitatem, qua dilexit nos, quum eſſemus
mortui peccatis,conuiuificauit nos in Chriſto.cuius
gratia ſaluati eſtis.

Lutherus cõcludit,præparationes,& conatus, me
ras eſſe hypocriſes,cum oporteat nos gratia præue/
niri,ut bonũ uelimus,ſed iam dixi huic ſufficere gra/
tiam gratis datam.Dñs Ieſus eas nobis neceſſarias eſ
ſe inſinuat,cum dicit,Seruus qui cognouit uolunta/
tem Domini ſui.hoc eſt Dei præcepta, & quid Deus
ab eo requirat,& non præparauit ſe.ſ.ad bene agẽdũ,
nec diſpoſuit neq; mentẽ aptauit,ut Dei pareret im/
perio,plagis uapulabit multis,i.grauioribus punie/

tur ſuppliciis, homo nãq; facere debet, qđ in ſe uiriũ eſt, & induſtriæ, ut obtẽperet Deo. Hominis eni(teſte Solomone) eſt ꝑparare cor Regũ. vii. ꝓcipit. Prę parate corda ueſtra Dño. Pulſat enim diuina miſericordia corda multoꝝ ante charitatis ſpũm collatum, & eos qui oblatum ſpũm ſpreuere, ita reprehẽdit dicens. Veh tibi Corozain, ueh tibi Bethſayda, qa ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent uirtutes, quæ factæ ſunt in uobis, olim in cinere, & cilitio ſedẽtes pœniterent. Sed cur ꝓdicauit Dñs his, quos ꝓnouit fore indeuotos, & illis non, quos prænouit fore deuotos fideles ſi prędicaſſet eis? Reſpõdet Hierony. In Bethſaida & Corozain erãt quidã uocãdi diſcipuli, quos oportuit primo uocare, ut poſtmodũ cauſa eſſent ſalutis gentiũ. Eo præcipue tẽpore, quo legis promiſſionibus exhibẽda erat ueritas, omniaq; ſacramenta probanda erant per legẽ. hoc enim niſi in Iudæis fieri potuit, & ideo ante paſſionẽ, in qua ſacramẽta legis conſumata ſunt, non fuit tẽpus declinandi à Iudæis ad gentes. Item ne Iudæis daretur occaſio recuſandi uerbum Dei, quum non deberẽt Apoſtoli aliud prædicare gentibus, q̃ ſacramenta Chriſti, expectare eos oportuit ſacramentorum completionem. Gentes autem non ex hoc neglectæ fuerunt, quia eo tempore, lege naturæ, & rationis, erat eis ſalus, de quibus Apoſtolus. Eiuſmodi legem non habentes. ſ. Moſy, ipſi ſibi ſunt lex, & naturaliter ea, quæ legis ſunt faciũt, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis. Nec ex præuiſo contemptu Corozayn, & Bethſayde, de-

buit Dominus, & Apoſtoli ſubtrahere uerbum, aut miracula, quia ex officio tenet Doctor exhibere uerbũ, qa ad latebras ignorãtiæ uelle fugere maius, & periculoſius eſt peccatum, q̃ auditum non ſuſcipere per opus uerbũ primo Corinth. xiiii. Ignorãs ignorabit.

Redeuntes igitur unde diſceſſimus dicimus, nos oblatum nõ debere ſpernere ſpiritũ gratiæ, ſed ſuſcipere, uti & Petrus Apoſtolorum uertex, quẽ cũ chriſtus oculo miſericordiæ proſpexiſſet, negationẽ ſuã fleuit amare. Non tollimus inſpirationis oculum, & cõuerſionis ordinem peccatorũ, reſpicit enim primo in cõuertendo peccatorem illum, quum peccator interius ſtimulatur, ut peccata deteſtetur, ſubinde, eum pœnitet illa admiſiſſe. Verum quoniam hæc pœnitẽtia non ſemper eſt formata, ſed poteſt eſſe informis, ideo tandem, aut continuatæ pœnitentiæ motu, aut ſacramentorum uirtute Deus gratiã infundit pœnitenti, quo pœnitentia quæ erat informis iam formata fiat. Non itaq; ſunt hypocriſes pœnitentium, præparationes ad charitatis ſpũm, ſuſcipiendum, ſpiritus charitatis operatioq; meritoria in noſtra ſunt poteſtate, quoniam ea ſua largitione offert, & ea acceptata, noſtra facit eſſe miſericorditer. Apoſtol⁹ Thym. inqt. Noli negligere grãm, quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per ꝓphetiã cum impoſitione manuũ præsbyteri. Apl's Petr⁹. Iudęis pollicitus eſt, ꝙ ſi pœnitere uellent & baptizari, ſpũm ſanctũ eſſent accepturi, quoniam ſciebat Deum per gratiam aſſiſtere ſacramẽtis, quæ libere Iudæi poterant ſuſcipere.

De eo, quod Apoſtolus dicit. Cui uult miſeretur, & quem uult indurat, intelligat Chriſtianus. Quòd uolentibus, Deus miſericordiam præſtat, & libere bene operanti adulto, & aliquem induratum, uolẽtem eſſe induratum reddit (gratiam ſaltim ſubtrahendo ſufficientem) ut nõ reſcipiſcat is, qui in peccatis exceſſerit, ut ſupra de Pharaone habitum eſt. Quædam alia, perperam intellecta adducit Lutherus quę ſolutionibus iam præſcriptis facile ſoluentur.

Exponuntur catholico ſenſu authoritates ſcripturæ, quæ ſalutem noſtram uidentur tantum Diuino aſcribere placito. Cap. III.

MISERETVR DOMINVS gratiam ei largiendo, cui in poſterum illum beando miſerebitur, ſuis ex operibus bonis. Miſerebitur etiam Dominus eius, cui libuerit, uitam præſtãdo beatam, qua omnis miſeria abſorbetur meritis hominum. Si uis inquit Dñs, ad uitã ingredi ſerua mãdata. Libertate enim ſua decreuit acceptare miſericorditer opa noſtra, quæ ex ſui natura improportionata ſunt ad merendam beatitudinem, ideo iſtæ propoſitiones ſunt ambæ uerę Deus nos gratis ſaluat, & Deus meritis noſtris nos ſaluat, & ita multæ auctoritates ſcripturæ ſoluunť illæ maxime, quę in cap. i. ad Epheſ. à Pau. dicunť. Nã licet ex iuſtitia cõferat nobis bona, ea nihilominꝰ etiã ex miſericordia p̄ſtat ſuper effluẽti, qua aliqua ex parte indignos, & aliqua remunerat dignos, Et quoniam ſumma eſt iuſtitia, negaret

ſeipſum, ſi iuſte non operaretur in opere ſuo, ſumma quoq; miſericordia ſe negaret, ſuo ſi in opere miſericorditer non operaretur, hinc canit ꝓpheta. Sicut tenebre eius, ita & lumen eius. Sicut incomprehenſibiles ſunt iuſtitie & iuditia eius ita, & inenarrabiles & immēſe miſericordie eius nec nimis ſperet in Dei miſericordia eo ꝙ ineffabilis eſt & iuſtus, aut multū de iuſtitiis ſuis non pſumat, quia iuditia Dei abyſus multa. Si conſideramus diligentius miſericordiā Dei & iuditiū eius nec ſine ſpe, nec abſq; timore eſſe poſſumus. Propterea ſi Dn̄s ex iuſtitia operatur, non lepide infertur, eum ex miſericordia nō operari, Diſperata uidentur eſſe, ꝙ ex iuſtitia, & miſericordia operetur, ſed non ſunt ſeruantes mandata Dei, Dei ſponſione, iuſte, & miſericorditer uita potiuntur beata. ex ꝓmiſſo iuſte debet id, qđ miſericorditer ꝓmiſit. ꝓmiſit autem facienti quod in ſe eſt, ſuam ſe daturum charitatem, quam tamen miſericordi largitate ſola elargiri poteſt. Et hæc eſt laus miſericordiæ Dei, ꝙ poſſit tantum miſericorditer agere. dicit Auguſtinus. Sicut uituperium eſt uolūtatis humanæ, ꝙ non poteſt credere, ita uoluntatis Dei laus eſt, ꝙ nō poteſt negare ſeipſum. Non enim poteſt niſi iuſte agere, ubi iuſte agendum eſt, & niſi miſericorditer, ubi miſericorditer agendū. Ita quoq; iuſte diſponenti ſe pro liberi arbitrii uiribus, gratiā cōcedit Deus promiſſione facta in Zacharia. iii. cap. cum dicit. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. eſt enim impoſſibile deū mentiri. ob hoc, conuertenti ſe ad Dn̄m neceſſario cō

uertitur Dñs ad ſeipſum. Cõuertitur enim peccator, Dei uocationi aſſentiẽdo. Dñsq́; ad peccatorẽ, grãm ei cõferẽdo. Fidelis (inquit Apſus) eſt Deus, ſeipſum negare nõ põt. Seipſum negaret, ſi iuſtitiã nõ faceret, ubi & quãdo faciẽda eſt, quũ ſumma ſit iuſtitia. iuſte itaq;, & miſericorditer gratiã adultis elargitur.

Dicere poteſt aliquis, ꝙ non iuſte pręmiat nos, ſed miſericorditer tantum, quoniam non ſunt condignæ paſſiones noſtræ ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Reſpondetur, ꝙ bonis operibus meretur homo beatitudinem condigne & iuſte, & tamẽ totum debet miſericordiæ Dei attribui, quia ſine ipſo eiuſq́; gratia, non poteſt bene agere cooperantibus, ideo beatitudo in ſcripturis gratia appellatur. Dicũtur autem paſſiones huius temporis non condignæ ad futuram gloriam proportionabiliter merendam, licet ſint condignæ ſimpliciter ad eam merendam, & quo ad hoc, ꝙ proportionabiliter non meremur ſeruitia noſtra Deo debita non obligant Deum, ut uitam nobis conferat æternam. Vel dicatur ꝙ nõ ſunt condignæ ſolę, ſed bene cum Dei gratia. Eo quoq; miſereri putandus eſt Deus, quoniam etiam abſq; creaturæ iniuria, uti merus Dominus, de ea quæq; libuerit, agere poſſit. O, homo inquit Apoſtolus. Tu quis es, qui reſpondeas Deo. Nunquid dicit figmentum ei, qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? quis dicet ei cur ita facis? eo potiſſimum, cum omnes ſint iam homines in Adæ præuaricatoris lumbis mortui, á quo in uniuerſum genus humanum origo ducitur offenſio-

nis Dei. Vna quædam maſſa peccati, ſupplicium debens ſummæ, diuinæq; iuſtitiæ, quod ſiue exigat, ſiue donetur, nulla apud Deum eſt iniquitas. A quibus autem ſit exigendum, & quibus donãdum inquit Augustinus ſuperbe iudicant debitores, quẽadmodum conducti ad illam uineam, iniuſte indignati ſunt, quũ tantundem aliis donaretur, quantum illis redderetur. Propterea, ſi eum qui innocens, & pius uidetur, æternis damnet cruciatibus, nõ ei à bono Deo infertur iniuria. Quid enim ſi à tranſgreſſoris filiis, aliis non exigat merita debita, & aliis condonet, nemini aget iniuriam omnipotens Deus, quum & ille cui ſubuenit, & ille, quem deſerit, ex eadem maſſa ſint peccatorum. Et quanuis debeat uterque ſupplicium, ab uno tamen exigitur, & alteri donatur. Omnes enim remota Dei gratia, & ſpiritu, ad unam pertinent conſperſionem, & qui Dei munere gratiam conſequuntur, dicuntur uaſa miſericordiæ, qui uero non conſequuntur, iræ uaſa ſunt, nec in uaſis ipſis, cuiuſq; acceptat Deus hominis perſonã, quoniam operatur Dominus ſic, quæcunque operatur, ut poſſit non operari, non autem ſic operatur, ut non poſſit nõ opari, aut non aliter efficere, ſed aliter efficere ualet, nec tamen contingenter operando, aut uolẽdo, mutatur Dei ſtabilis, & neceſſaria uoluntas, ad cuius uelle, nolle non ſuccedit, aut ad uelle, uelle. Quod uult, ita uult ab ęterno, ut poſſit ab ęterno noluiſſe (ut ſupra diximus). Quis etiã figulo imprope ret, ſi ex eodẽ luto uas unũ in contumeliam. i. ad uiles

uſus, aliudq́; ad magnificos fecit actũ. ſ. quo illi⁹ ars amplius magnificetur, manifeſtiorq́; fiat? Quis, naturæ Patratorem incuſabit, eandẽ ſi materiã ſpetie pro diſtinctis partibus uariis decoret formis? Et cur hãc magis decore cœlico, q̃ illam formauerit redarguet? Stabit itaq; Dei uolẽtis beneplacitum. Quis de belluæ, aut iumenti Dño queretur, aſinum ſuum, ſi decorauerit gratis uiuũ in quo minus iuris habet aſini Dñs, q̃ de nobis Deus. Non enim aſini creauit homo animam, aut materiei corpus, uel generationis elementa adegit. At piiſſimus Deus, ſingulorũ corda cõfinxit cuncta, unde intelligat opera noſtra, materiei corpus creauit de nihilo, & ut principia generationis admouerent applicuit. Vnde ex placito coaſſumptę formarum mediarum diſpoſitiones efficerẽtur, & dei magni ſapientia attingere à fine uſq; ad finẽ diſponẽs omnia fortiter, ſuauiter. Hinc illum patrem noſtrum nos, ut eũ uocemus, iuſſit. Hæc dixi, ut Dei circa nos poteſtatem noſcamus. Si Dei potentia cuncta non poſſet, ita ut non poſſet ſaluare, quos uellet, ſed quos ſaluaret, ſaluaret propter eorum opera, Dei poteſtas hominum operibus, ſubeſſet, & aliquid Dei poteſtati præeſſet.

Illam tamen ſententiam propoſitam in hoc ſenſu magis accipimus uidelicet. Quòd Dei miſericordia omnipotentis, in hominis prædeſtinati opere, & ſi in primis Dei pendeat ex placito, conquirit tamẽ Deus opera noſtra, quo beatitudo in adultis donet. In pueris parentum tantum fidem exigit, aut ſacerdotũ mi-

niſteria, & ſacramentorum Dei ſtatuta alia, ac alia tēporum diſpoſitione diuerſa.

Saluos quoq; nos ex operibus facit, quia uoluit, ſigni uoluntate coagēte nobis, ſuo efficaci placito, qđ nobis cooperari paratum eſt ſi nos uelimus.

Elegit.i.uoluit nos ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti, & immaculati in Chriſto, ex cuius prima uolitionis cauſa magis cooperante per gratiā dicimur ſaluari, & conuerti, noſtra nihilominus opera ita libere coaſſumendo ad ſalutem, ꝙ ea, ad eandē poſſet non coaſſumere. Quòd ſi ita faceret, iuſtum id foret, quod faceret Deus qui eſt omnis iuſtitiæ regula. Facit etiā nos ſibi cooperatores, benigno ſuo dono, ad quæcūq; naturæ opera. Subinde beatus Auguſtinus ita Dn̄m alloquitur. Exiſtimabam Domine ſufficere per me, nec percipiebam, quoniam tu regebas me, donec aliquantulum te ellongaſti a me, cecidiq; ſtatim in me, & uidi & cognoui, quoniam tu regebas me. Et ꝙ cecidi fuit ex me, & ꝙ ſurrexi, fuit ex te. & gloriari non ualet ante te omnis caro, nec iuſtificatur omnis homo uiuens, qm̄ ſi quid boni eſt, parui, uel magni, donū tuū eſt, & noſtrū non niſi malū.

An Reprobi poſſint corrigi. Cap. IIII.

CVM ERGASTVLIS EXVTI reproborum fuerint animi deſpecti, nemo illos tunc corrigere poterit, ſiue odium Dei in eis faciente Deo, ſiue cōſeruante, Facturi enim ſunt reprobi id,

quo malam Deus in illis producat uoluntatem, & bonam unq̃ habere ualeant, aut malam, quam fecerunt ipſi, in eis conſeruet uoluntatem. Quis ergo eũ corriget, quem reprobatum iam deſpexit Deus? In dãnatis ipſis nunquam id corrigetur, quod incorrigibile eſt malum, quod peruerſa uoluntate demeruerũt, ut mala eorum corrigibilia non forent, neq; peruerſus Angelus à Deo deſpectus, ſerio in ſeipſo, aut obſeſſa creatura. Pſalm. Miſerere mei Deus ſecũdum magnam miſericordiam tuam dicere poteſt. Dicet quidem materialiter ſigna, & caracteres, quemadmodum experimento comprobaui Florentiæ, in Abbatia canonicorum regularium Feſulana, de Demone Alexandram nomine, puellã obſidente. Et licet quãdoq; Sancti Patres affirment, Dominum propẽſum eſſe, ut cõdonet peccata damnatis, ſi pœniterent, nõ propterea putandum eſt damnatos ſtante Dei decreto, pœnitere poſſe. Cõditionalis quidem uera eſt, cuius antecedens eſt impoſſibile Dei ſtatuto eſt. Tenuit Ioannes maioris damnatos producere actus moraliter bonos, quum non omnes damnatorum actus illorum repugnet uoluntati, qua nollent tantummodo peccaſſe ob pœnam, & non eſſe in inferno detruſos contra Diuinam iuſtitiam uolentes. Et ſic aliquam poſſent habere bonam moraliter uoluntatem, ſed non meritorie, quoniam bonam ex genere uoluntatem habere poſſunt. Nam diues epulo erga fratres amorem habuit naturalem; licet non honeſtum.

Porrò beatis & damnatis, licet non ſit libertas cõtingentiæ, quoad actus cãtos à Deo ſolo, quibus dicuntur beati confirmati, & damnati, obſtinati, ſunt tamen liberi quoad actus placitos, elicitos.

Sed non eſt uerum eos poſſe actum moraliter bonum producere, Deo opem ſubtrahẽte. Auguſtinus enim de fide ad Petrum inquit. De Angelis hoc diſpoſuit, & impleuit Deus, ut ſi quis eorum bonitatẽ uoluntatis perderet, nunq̃ eam diuino munere repararet, etſi eam ſponte perderet, deinceps arbitrio, reſumere non ualeret, & hoc, quia ſubtrahit eis gratiam Deus, & ſuam coagentiam. De uiatoribus igitur, non dicitur, ꝙ nemo eos corrigere poſſit, licet ſint dãnandi. immutabiliter tamen in fine uitæ non corrigẽtur ex ſua libertate.

In electis id nõ corrigetnr, (ſi iam ſint ſaluati) qđ nunquam incorrigibile inuenitur malum, Deo fortaſſis bonorum bonam conſeruante uoluntatem; quam, ut in ipſis conſeruaret Deus, meruerunt, ne caderent de terra uiuentiam. De ſua utique corona, ita certi erunt, ꝙ nunqnam ſponte ſua illam ſunt derelicturi. Et iam certi ſunt, illorum pium Dominum bonam eorum uoluntatem nunquam deſerturum eſſe. Reprobatorum adhuc in uita degentium, correctiones ad ſalutem non ualebunt, eo, ꝙ ex patre tandem Diabolo filii, ſponte ſua non ſtabunt, & à ueritate auditum auertent. Eſſent nihilominus ſua in uita mortali utilia ad ſalutem opera ſi illa ſponte facturi eſſent, quæ eos poſſe facere

nemo prohibuit, aut prohibebit in poſterum, quæ ſi facturi fuiſſent, nunq̃ reprobarentur.

An reprobati dicere debeant orationem Dominicam, *dum ſunt viatores.* Cap. V.

AD ID QVOD VEHEMENter nos urget, de oratione Dominica, qua Domini uoluntatem fieri a bonis electis, & malis reprobis petitur, dicit᷑ ex orationibus, non nos intendere, ut Deum immutabilem immutemus, ſed affectus noſtros, fide & amore diuino ei exponimus, & petimus, ut nobis ea concedat, quæ concedere orationibus, uti mediis decreuit, in quibus uerbis uti nō debemus phalleratis, longiſq; uerbis abſq; affectu, ſicut Ethnyci, qui Deum putabant uerbis moueri, ueluti humani affectus ꝑſuaſionibus rethoricis. Oratio, qua Deū orate præcipimur, plura importat. Mentis eleuationem primo in cognitionem Dei, ſecundo piū amorē in Deum. Tertio petitionē decentium à Deo, quorū quædam abſolute ſunt petenda, ea, uidelicet, quæ in oratione Dominica continentur, quædam conditionate, quæ uidelicet poſſunt uel non conferre, uel non impedire ſalutē. Debet quoq; eſſe pia, ordinata, pro ſe, ac ſalutaris.

Orationum etiam multiplex eſt genus, uti, & operum multiplex eſt ſpecies, quoddam tantum eſt meritorium. Sicut delitioſa Domini dilectio, proximiq; non pœnalis amor. Aliud nedum meritorium eſt, ſed

debitarum peccatis ſatisfactorium eſt pœnarũ,quale eſt ieiuniũ,oratio,&.elemoſina in charitate exhibita,Dei intuitu.Alio meremur ope,ſatisfacimus pœnis debitis,& impetramus,ueluti oratione, charitatis ardore effuſa,& pœnali,qua Dñi uoluntatem, aut ſigni,aut beneplaciti fieri optamus.Aliud operis genus eſt,quo ſatisfacit homo pœnis, & non meretur, nec impetrat quicquam, uti ſi iniunctæ pœnitentiæ opus à ſacerdote,in pœnitentiæ foro inſtabilis peccator poſt recidiuam exequatur.Tale opus Deum placat,non autem Domino reconciliat,ſtat & aliud operis genus,altero magis merirorium,quo tamen & minus,& æque,& magis eſt ſatisfactoriũ,uti ſi pro indulgentiis eiſdem,aut diuerſis,alius maiore feruore charitatis alio indulgentias ſuſcipiat.Ita quoq; orationũ totidem aſſignantur ſpecies,quarum alia eſt imperatoria,quæ merirORIA non eſt.Hebræorum ita oratio extitit,qua Regem à Domino obnixe petiere,de cuius oppreſſione clamaturi erant ad dñm, Samuelle nedũ abiecto,ſed Deo ipſo eorum Rege piiſſimo, id ꝓpheticum abiicientes.Iacta ſuper Dñm curam tuã, & ipſe te enutriet,philoſophus in.ii.Rethor.dicit omniũ auctorem interdum præſtare non ex beneuolentia; malis ingentes proſperitates,quo poſtmodum notabiliores fiant eorũ calamitates.His prælibatis,obiecto cauillo in primo libro poſito dicimus, ꝙ reprobati utiliter à ſe fieri petunt ſigni uoluntatem,quam tandem in fine uidelicet uitæ ſuo placito,non ſunt facturi,quam ſi facerent gloriam conſequerentur, Petẽdo

etiam,ut efficax fiat beneplacitum,nō peccant eo mō do petendo,quo infra dicemus de ſigni uolũtate,quę in oratione Dominica, à nobis fieri petitur. dum ali quis eam petit,duo bona impetrare poteſt. primum quidem,ut in medio uitæ.i.ante mortem,legem Dei implere ualeat,nedum quoad operis ſubſtantiã, ſed etiam quoad mandantis intentionem, quominus ita grauius damnetur,q̃ ſi non ſeruaret,grauius puniret̃. Secundum bonum impetrat, ut ſupernaturaliter á Domino ei detur facultas implendi mandatorũ ſub-ſtantia, quam naturæ uiribus,cum Dei generali in-fluxu,implere poſſet,& ita cauere ex natura noſtra, peccata poſſumus,noſq; ad gratiam diſponere. Mul ta quidem miraculoſe deus operatur,quæ naturæ ui rium limites non excedunt.multarũ dedit Deus apo ſtolis agnitionem ueritatum,quarum notitiam natu ræ uiribus adiſcere ualebant. Sic ſocrum Symonis Chriſtus in eius domũ receptus,ſtans ſuper illã febri imperitãdo curauit,cui fortaſſis cordis ſanitas,& me-dellarũ applicata fomẽta ſuccurrere ualuerũt.Nõ-ne & qnq; millia hoīum de quinq; panib⁹ miſericors deus ſatiauit, qui de quinq; millibus panib⁹ ſaturari poterant,qui naturæ uim dedit,propriã poteſtatẽ nõ minuit. Quòd ſi reprobus,beneplaciti efficacem uo luntatem Dei petierit de ſe fieri ut ſaluetur. tandem ad ſalutem æternam non exaudietur,eo, ꝙ ipſe ſit id tandem facturus,quo nullatenus exaudiatur. Exau-dietur fortaſſis pœnarum inferni impetrãdo diminu-tionem ex obediẽtia,orationẽ fundendo,eo,ꝙ nolit

Deus mandatorum etiam obſeruatoribus imꝑfectis
ingratus eſſe. Euitabit quoq; peccatorum multitudi
nem, dum præceptorum Domini inuenitur quãdoq;
obſeruator & cuſtos, boniſq; p̄ſentis uitæ q̃plurimis
potietur, augebit charitatem, dum in medio uitę, gra
tus Deo eius fuderit orationem. Cur ergo non recor
dabitur Dominus in bonum aliquod hominis quan
doq; amici, qui amicus non ſemper erit. Non autem
exaudietur tandem ad bonum gloriæ, quoniã id ſuo
eſt placito facturus, ut ad ſalutem non audiatur, ꝙ ſi
facturus non eſſet, omnino exaudiretur, dicẽte Dño
per prophetam. Perditio tua Iſrael ex te eſt; tãtum-
modo auxilium tuum ex me eſt.

An is, cui Deus ſuam reuelat damnationem, fundere debeat orationem Dominicam? Cap. VI.

SED QVID DICENDVM
ſi cuipiam reuelet Deus ſuã perditio-
nem? An is, cui facta eſt reuelatio, ora
tionẽ dicere debeat Dominicã? huic
quæſito placuit nõnullis reſpõdere, ꝙ
ſi fuiſſet facta reprobato, talis modi reuelatio, deſpã-
do de dei miſericordia eo nõ peccaret, ꝙ tenet̃ reuela
tioni diuinę aſſentire, & cõſequẽter de ꝓpria ſalute de
ſpare tenet̃, abſoluit̃q; à charitatis, & ſpei p̄ceptis, q̃à
ſe odire tenet̃, & de dei miſicordia deſpare, nec dilige
re põt ꝓximũ ſuũ ſicut ſeip̃m, quũ ſeip̃m nõ poſſet di
ligere, diuię aſsẽtiẽdo reuelationi. Ita quoq; ſi de ꝓxi
mi noſtri damnatione fiat reuelatio, ut de Iuda Ap̃lis

in cœna facta eſt, dum dixit Dñs. Bonum erat ei ſi natus non fuiſſet homo ille. ſ. ex utero matris, nõ teneremur eum diligere ad gloriam, nec pro huiuſmodi orare, quem euidenter efficaci Dei placito noſceremus damnandum eſſe, ita ꝙ teneremur conformari in uolito Dei reuelato. Hinc Auguſtinus lib. xxi. de Ciui. Dei cap. xxiiii. inquit. Deniq; ſi de aliquibus eccleſia ita certa eſſet, ut qui ſunt illi etiam noſceret, qui licet adhuc in hac uita eſſent conſtituti, tamen prædeſtinati ſunt in æternum ignem ire cum Diabolo. tã pro ipſis non oraret ꝗ pro Diabolo ipſo. Et intelligendus Auguſtinus eſt in illo caſu, quo quis certus eſſet, deũ ſic abſolute, & non conditionaliter uelle. Aliis autem placuit dicere, ꝙ qui certus factus eſt ex reuelatione de propria damnatione, adhuc teneretur in oratione Dominica propriam petere damnationem, dicendo Fiat uoluntas tua, & illi eſſet utilis æternæ mortis petitio, petendo de ſe fieri bonam Dei uolũtatem, quoniam, (ut inquit Hadrianus Cimbricus Põt. Max.) Sic petendo, pœnarum peccatis debitarũ, ex obediẽtia impetraret diminutionem, charitatisq; temporariæ in medio uitæ augmentum. Aliis uero dicendum eſſe nidetur, ꝙ ſi daretur caſus, ſpei diuinæ ablatiuus, mox a uoluntatis ſigni obligatione abſolueretur, ut in p̃fatis uerbis ſenſiſſe uidetˀ Theologoꝝ Monarca Augu. Eſt. n. ualde difficile, qnimmo ĩpoſſibile, ut is, cui ſua dãnatio abſolute eſt reuelata, ut gratã eã, petat, & habeat, niſi dãnationẽ non ſecus, atq; ignem parietibus pictum ſua fingeret phantaſia.

Gabriel

Gabriel Spirenſis prępoſitus, uult hominem non teneri ea omnia uelle, quæ uult Deus, aut quæ nouit Deũ uelle. Si enim teneretur quis, ea, uelle, quæ nouit Deũ uelle duorum altero id contingeret modo; ex natura uidelicet uolitorũ, aut Dei præcepto, nihil enim eſt malum, niſi, uel natura actus, uel prohibitione ſuperioris, ita quoq; quicq́ua eſt neceſſario uolẽdum, aut boni natura, aut ſuperioris ꝑcepto. Atqui rem, quam uult Deus, non ſemper tenetur quis, uel ſe rei natura, ut proximi perditionẽ, quoniam ea de ſe mala eſt, neq; Dei pręcepto id tenemur, eo, ꝙ nuſq̃ tale præceptum eſſe comperimus. Atqui obligamur conformari Dei uoluntati in modo uolendi, quæ dicitur uoluntas ſigni, uti prælati uoluntati tenet̃ ſubditus, cuius uoluntati non tenetur ſubditus cõformari uolẽdo id, quod uult prælatus, ſed eo uelle modo tenetur, quo prælatus ei præcipit uelle. Vnde, maritus in remotiſſimas iturus partes ſuo beneplacito, uult uxorem de eius diſceſſu contriſtari, quem tamen receſſum oppido exoptat.

Subinde Beatus Auguſtinus in Enchyridio inq̃t. Deũ congruit aliquid uelle, qđ non congruit hominum uolũtati uelle, bona nãq; uoluntate homo uult, quod Deus nõ uult, utputa patrẽ ſoſpitem eſſe, & intelligit Auguſtinus, bonam hominis uolũtatem, uoluntatẽ ſenſualitatis, aut conformem uerbo ſcripturæ; & non uoluntatẽ bonam rationis, Dei placito cõformem efficaci, quoniã talis non eſt, & quãdoq; mala uoluntate uult id, quod uult bona uoluntate. Vt ſi

ingratus filius genitoris optet necem, quam etiã ipſe uult Deus. Vt enim bona ſit hominis uoluntas, atten dat homo ipſe, quid ei congruat uelle, & quo fine. Tã tum enim intereſt inter Dei, & hominis uoluntatẽ; ut in quibuſdam aliud cõgruat Deo uelle, aliudq́; ho mini. Propterea Auguſtinus in Enchyridio inquit. aliquando bona uoluntate homo uult aliquid, quod Deus nõ uult, & ipſe bona, multo amplius. multoq́; certius uoluntate, nam illius mala uoluntate nunq̃ eſſe poteſt, tanq̃ ſi bonus filius uelit patrẽ uiuere, quẽ Deus bona uolũtate uult mori, & rurſus fieri poteſt; ut hoc uelit homo uolũtate mala, quod Deus uult bona, ueluti ſi malus filius uelit patrẽ mori, uelit etiã hoc Deus, nempe ille nult, quod non uult Deus, iſte uero id uult, quod uult Deus, & bonę tamen Dei uo luntate, pietas illius conſonat, quãuis aliud uolentis; q̃ huius idem nolentis impietas hæc ille.

Bona enim beneplaciti conſequentis uolũtas, ma la hominum uolũtate impletur. Paſſionem Domini mala uoluntate, & inuidia Iudæi uoluerũt, quã deus uolendo, bene ordinauit, Id uoluerunt tamen, quod Deus ſigni uoluntate noluit. Quód autem Domini crucifixionem, Deus placito efficaci uoluerit. Teſta tur Pater in Tabor Monte, ac Iordani fluuio, dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cõpla cui, in filii. ſ. paſſione. Opere quidem Iudæorũ ſubſecu to, comprobatur Deum efficaciter id uoluiſſe, quod diuino uerbo ſcripturæ noluit. Beatus Auguſtinus in Enchyridio, de his uoluntatibus loquens ſic inqt,

Deus quaſdã uolũtates ſuas,utiq; bonas implet per malorũ hominũ uoluntates malas,ſicut per maleuolos Iudæos,bona uoluntate patris,Chriſtus pro nobis occiſus eſt,quod tamen ita bonũ fuit,ut Ap̃ls Petrus,quũ id fieri nolebat Sathanas ab ipſo,qui occidi uenerat,diceret.Ex his infert itaq;,ꝙ ſi nõ exobligetur is,cui dãnatio alterius reuelata eſt à præcepto de proximi dilectione,ꝙ adhuc pro eo obliget orare,& eius homo ſalutem peroptare,in quo opere,etſi non proficiat alteri,ſibi tamen non modicũ proficiet, ſigni uolũtati humiliter parendo.

An ſit de Chriſti,Sanctorumq; paſſionibus dolendum, quas Deus efficaci uoluit placito. Cap. VII.

REDARGVENDVS VIDEtur is,qui de Sanctorũ,Dominiq; glorioſis triũphis triſtat, quos Deũ uoluiſſe,ex opere ſubſecuto efficaci oſtẽditur diuino ſuo placito.

Econtrario,mẽte gramioſa Domini paſſionẽ commemorari à nobis iniungit à Hieremia uice Dñi loquẽte. Recordare abſinthii,& fellis,& trenorũ primo miſtice dicit. O uos,qui tranſitis per uiam, attẽdite, & uidete,ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Inter arguẽdos chriſtipara uirgo,cuius animam doloris gladius pertranſiuit, & Apoſtoli triſtes de nece ſui Domini in primis arguendi erunt.ita quærenti mihi uidetur dicendum,non eos abſolute doluiſſe de Dñi paſſione quam Chriſtus efficaciter uoluit,uti peccatorum no

ſtrorum medellã,& ſatisfactionẽ. Sed de nolito Adę peccato cõditionate, pro quo innocẽs Dñi caro, tã dire torquebatur. Hinc Petrus redargutus eſt, quia abſolute uolitam à ſe, & Petro oſtenſam noluit paſſionẽ, quum reuelatæ uoluntati efficaci cõformari debuiſſet, & gaudere, & lætari. Licet quidẽ homini oppoſitũ uoliti peroptare diuini, anteq̃ nobis id ipſum, innoteſcat per exhibitos effectus. Vnde, ciuitatum amotionem calamitatũ petere licet, eò, q nelcimus, ſi forte Dominus deſtinauerit auferre a ciuitatibus calamitates orationibus noſtris.

Quũ uero per exhibitos effectus, oſtẽſa fuerit efficax Dei uolũtas, aut p reuelationẽ aliquã, non licet oppoſitũ poptare, ppterquã reuelationẽ Petr⁹ redargut⁹ eſt, uolẽdo oppoſitũ bñplaciti efficacis reuelati.

Placuit Villielmo Altiſiodorẽſi duplicẽ in nobis inſerere appetitum ſenſualem uidelicet, & rationis. Rationali (dicit) id tenemur uelle, quod Deus ſuo ſigno uult, & efficaci placito, eo modo, quo p̄diximus, ſenſuali autem non. Nam & Dominus, Ieſus in horto, ſenſuali id noluit appetitu, quod pater eius uoluit. Talis ſenſualitatis proſecutio, uel fuga, quam ſequitur delectatio, uel triſtitia, ſi recte fuerit á ratione imperata, ut fletus beatæ Mariæ Virginis, & Apoſtolorũ poteſt eſſe meritorius, quia eliciens uoluntas, & ratio, poteſt conformis eſſe uoluntati Dei ſigni, Deiq́; efficaci placito. Taliſmodi penſandum eſt fuiſſe Mariæ Virginis fletum, quæ meritorię de filii paſſione triſtabatur, Voluntarie enim triſtari de

filii ſui morte uoluit, quam Deus uolũtate ſigni nolebat a Iudęis ſibi infligi. Propterea gentiũ Apoſtolus Chriſti fidelibus inquit. Si cõpatimur, & corregnabimus. Potuit etiam talis triſtitia, & nolitio beatæ Virginis, & Apoſtolorũ non fuiſſe meritoria, uti fuiſſe potuit non ſubiecta libero arbitrio. Nam appetituũ ſenſualium, alii ſunt neceſſarii cauſas habentes neceſſarias, illos inducẽtes, quẽadmodum fames, & ſitis, qui ex inanitione, neceſſario inualeſcente, procedũt, huiuſmodiq; libero nõ ſubſunt arbitrio. Alii ſunt neceſſarii, neceſſario ſequentes appetitũ, tamen ſunt à cauſa uolũtaria, uti delectationes in cõueniẽti cibo, & potu, neceſſario ſequũtur ad delectabilia eſcaria, ſunt tamen à cauſa uoluntaria, quæ libere guſtui applicuit ſuauia cibaria. Delectatio ſenſualis, immediate eſt à notitia ſenſuali, ſed uolũtatis delectatio imediate eſt a uolũtatis actu, & mediate à cognitione ĩtellectiua.

Apoſtoli itaq; uidẽtes Chriſtũ iniuſte affligi, non potuerunt non dolere ſenſibiliter, eorũ tamen uidere fuit uolũtariũ, & huiuſmodi triſtitia nõ fuit in libertate eorũ quantũ ad eſſe, ſed quo ad progreſſum. Potuerunt facere, ne tm̃ ꝑgrederet̃, ꝙ timorẽ generaret humanũ. Opus aũt meritoriũ ſubeſſe debet libero arbitrio, & quãtum ad eſſe, & quoad progreſſum. Ideo dilectio beatorũ charitatiua, cauſata à Deo non eſt meritoria. Dictũ Apoſtoli intelligit̃ de cõpaſſione, quæ fit ad imitationẽ paſſionis Chriſti quãobrẽ, uoluntas ſenſualitatis & rationis non ſunt circa idẽ ſuſceptibile.

Appetitus ſenſuales hominis, ſunt in compoſito rationali tantum, ſiue in compoſito ſenſitiuo tantum. Eſto ſint duæ animæ in homine, ſed ſi una tantum ſit in homine anima indiuiſibilis, tunc in eadem ſunt anima ſuſceptibili, quo triſtatur, & gaudet reſpectu diuerſæ partis corporis, uti eſt ſenſilis cognitio, quæ licet in eodem ſit ſuſceptibili, in quo eſt cognitio intellectiua, nihilominus ſenſilis perceptio in homine eſt, quæ determinatum in corpore requirit ſenſorium. Sicut conſpicilium, quod non uidet, oculo neceſſarium eſt, ut clarius uideat.

Sed quid de Domini fletu ſuper Hieruſalem dicetur, an fuerit meritorius, ꝙ ſi fuit, etiam Chriſtus ſe meritorie nolle oſtendit id, quod Deus uoluit. Sciebat nanque Chriſtus Deum uelle oppoſitum. Ad quod dicitur, Chriſtum noluiſſe ſenſuali appetitu, ſed hoc non ſatisfacit quum ſenſualitas non moueatur, niſi ex imaginatione, & imaginatio ex ſenſu, ſenſuſq; ab obiecto. At nulla tunc erat ſenſata ciuitatis deſtructio. Poſſet dici, ꝙ ex aliis ciuitatibus dirutis uiſis ruinam imaginabatur, non uiſæ ciuitatis nec dirutæ, ſed in poſterum diruendæ. Poſſet etiam dici, Chriſtum non de ciuitate diruenda fleuiſſe, atqui de Iudęorum peccatis, quibus ciuitas per Romanos dirui debebat, & ex ſe optabat illorum peccata, libertate patrata, nõ fuiſſe, ad illa non coagente quoad obliquitatem in naturæ actibus repertam.

Poteſt etiam quæri, ſi pia uoluntate debeant a no-

bis ſanctorum paſſiones peroptari. & dicimus eas nec meritorie uelle quo illorum ſalutis ſunt auctrices non quo impie, & dire afflicti fuere ſancti. ſic fuit pium gaudere Martino, & pium ualde flere Martinum pro populi Turonenſis deſolatione.

Sed contra ſciebat populus Deum uelle oppoſitum, ipſum, ſcilicet deſolari uelle. ideo non fuit deſolatio eius meritoria. Reſpondeo, fletum populi, non fuiſſe meritorium de ſua deſolatione, quam ex euentu ſciebat Deum uelle. Fletus enim de præteritis & futuris, de quibus habetur certitudo de Dei uoluntate non eſt meritorius eo, ꝙ non licet uelle contrarium uoluntati noſtræ rationali, licet bene appetitu ſenſuali, ideſt uoluntate uti conuincta ſenſui, quæ natura ſui conciuis, appetit conuenientia, difformiaq; refugit. Flebat igitur populus Martinum ex naturali pietate, & non gratuita, non attenta tunc à populo diuina prouidentia. Contra quam optare non licet. Sic & Apoſtoli triſtes erant de nece ſui Dn̄i. Adhuc enim carnales erant, & ex carne, ſubtractū ſibi ipſis dolebant eſſe ſolatium.

De futuris aūt paſſionibus, pro qbus nō eſt nobis certa uolūtas Dei efficax, poſſumus oppoſitū uelle eius, quod uult Deus etiā meritorie, ueluti ipſi, quibus inuitis, ibat Paulus in Hieruſalem, meritorie dolebant, eum illas pati perſecutiones, quas ꝓpheta. Agabus prædixerat. Non adhuc certi, ſi Agabus propheta uerus eſſet, uel non. Poſſet dici, ꝙ non conſiderata Dn̄i uoluntate & prouideutia potuiſſet aliqs

ex charitate flere obitum beati Martini, uti erat animarum iactura, ideo poſſumus nõ cõformari efficaci Dei placito, actu non conſiderato. Vel dicat᷑ nos poſſe aliquid meritorie prompte uelle ſub aliqua conditione id, quod uult Deus, ut manifeſtũ eſt de Hieremia, qui cum Ananias pſeudo ꝓpheta dixiſſet Hieruſalem deſtruẽdã non eſſe, reſpõdit Hieremias. amen. optans id fieri, quod ille mentiebatur, Hieruſalem. ſ. deſtruendã non eſſe, quã tamen ſpiritu ꝓphetico ſciebat Dñi placito deſtruendã eſſe, paratus quidẽ uelle ſi populũ pœniteret, quem ſi pœniteret, Deus nolet Hieruſalẽ deſtrui. Ita quoq; Paulus optabat anathema eſſe pro fratrib⁹ ſuis. i. optaſſet ſi optabile fuiſſet. Hoc pacto ſancti deflent populoꝶ peccata, qui nollent eos peccaſſe, ſi reuocabile eſſet. Et Dñs Iudæoꝶ peccata cõditionate noluit, & ſic meritorie deflemus peccata, non quia nolumus illa facta eſſe Deo uolẽte, ſed nollemus illa fuiſſe ſi poſſibile foret, & tale deſiderium de charitatis ſanctoꝶ ſpũ procedit, quo ſancti parati ſunt uelle omne bonũ populo adeſſe, omneq́; malum abeſſe. Ex charitate enim tanq̃ ex habitu procedit ille actualis fletus, ex actuali culparũ cõſideratione, & miſeriarũ. Tenemus igitur eũ, cui propria facta eſt à Deo certa reuelatio de eius perditione, non obligari eam uelle, nec orationẽ Dominicã fundere, quoniam a Dei ſpe, & charitate deobligari eum puto. Quomodo enim facere Dei ualontatẽ ſigni, aut beneplaciti obligatur is, qui eam tandem Dei placito immutabiliter non eſt facturus. Tenetur for

te alterius ſibi ꝓximi,cuius ſibi reuelata eſt perditio, niſi deobligetur à uoluntate ſigni,optare ſalutem.

Soluuntur quædam ſcripturarum elogia primò libro citata,& approbatur aſſertio Tertia de cauſa prædeſtinationis. Cap. VIII.

NOSTRIS FVNDAMENtis beati Gregorii ſententia nõ obſtat. Quod uidelicet obtineri haud quaq̃ poſſunt, quæ prædeſtinata non ſunt p̄deſtinata uult Deus, accedente prædeſtinatorũ uolũtate bona.idcirco infert Gregorius. Ea quæ Sancti uiri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt,ut precibus obtineantur.

Ad id,quod de pueris dicebatur,qui mox nati, ſine baptiſmi gratia ſalutem dicunt rebus humanis, dicimus,Deum eos prænouiſſe perperam ſno uſuros libero arbitrio,ſi ſuperſtites remanſiſſent, & illud non eſt inferendum.puerũ baptizatum tanti eſſe meriti, ſi per diem uixerit,quanti ſi centum uixiſſet annos cũ bonis operibus,& æqualis gloriæ, ita ut contingeret puerum baptizatũ,mox decedentẽ ſancto ęquati Petro in meritis & præmio,aut ecõtrario, ſi puerũ mox natum ſine baptiſmatis unda contigerit mori Iuliano appoſtatæ ęquati in demeritis. Quoniam etſi prędeſtinatio,& reprobatio actiua,habeat pro cauſa cõgrua prædeſtinati,& reprobati bonas & malas pręuiſas uoluntates,præmii tamen magnitudo,nedũ bonæ cõmenſuratur libertati futuræ,ſed etiam laboris coæquat́ difficultati,& longanimitati,& fortaſſis hic

illud Dñi.dictum intelligitur. Euge ſerue bone, & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cõſtituam. Pauca ſunt ea, quæ ex fide patimur, magnorũ collatione bonorũ in futura beatitudine expectatorum. Ita neq; reprobatus infans, adeo atroces dabit pœnas quantas dediſſet, ſi in longa uita, uel potius peccatorũ morte, amaram expertus eſſet damnationem, ac dulcedinem, dicẽte ſcriptura. Tantũ date illi tormẽta, quantũ ſe in delitiis glorificauit. Beata Dei genitrix uirgo, Hieremias ꝓpheta, ac Ioãnes baptiſta pluſq̃ ꝓpheta, amicus ſpõſi nõ eodem fortaſſis modo ab æterno ſunt prædeſtinati, ueluti cæteri Deo cari. Voluit nãq; Dñs. his, qui ſua libertate uſuri erant heroice, ſupra cæteros ſuã prius concedere gratiã ſic, ut peccare nequirent, q̃ illorum heroica expectare opa, quo illa ſimul & moraliter, & heroice, & pie meritorie fierent bona. Quòd ſi non ita eſt, ut quid laudibus efferuntur, ꝙ maternis in uiſceribus iam Sancti prius, q̃ in lucẽ fuerint editi, & ita extolluntur ſanctificati, ut delinquerent nunq̃, ſi præuiſis illorum liberis, ac heroicis factis, illos prius Deus non ſanctos procreaſſet.

Paruulis aliquibꝰ, aquis baptiſmi ab originali culpa mundatis mox decedentibus, prius gratiam nõ cõferet, niſi opera præuidiſſet nunq̃ futura, quæ tamen ſi fuiſſent ſupſtites iã futura fuiſſent. Alii ſic ſunt prædeſtinati, ut non gratiam prius, q̃ bonotum exhibuerint laborem operum, acciperent. Paulus Apoſtolus præuiſus, ꝙ ſua libertate eſſet uſurus (bene uiuendi

ueritate, agnita) ut non acquieſceret carni, & ſangui ni, ptius eſt miſericorditer uocatus, & proſtratus, ut aſſurgeret iuſtificatus, uiſioniq; diuinæ fuit paratus obtemperare, dicens. Quid me iubes facere? Ad utilitatem eccleſiæ iuſtificatus Paulus, omnium cariſmatum odoribus magnificatus eſt, ut uas eſſet electionis, & admirabile opus excelſi.

Dici etiam poſſet Dei miſericordiam in pueris, aquis baptiſmatis mundatis, moxq; decedentibus, tantummodo extolli debere diuinam miſericordiam, & gratiam, & non præuiſa opera, quæ feciſſent ſi uixiſſent. Idem de Virginis confirmatione. Hieremiæ, Ioannis Baptiſtæ & Ioſephi chriſtiparæ ſponſi Diuiq; Pauli iuſtificatione dicēdū eſt.

De adultis uero dicemus (uti alias dictum fuit) eos ex gratia primum & meritis, poſtmodum prædeſtinari. Merita nō ſunt cauſa prędeſtinationis actiuæ, ſed formalis, &, ut Deus pręuiſis bonis operibus, uelit miſericorditer bene operaturis beatitudinē impartiri. de his ſæpius actū eſt. Placuit Domino adultis tantummodo conferre beatitudinem poſt exhibita iuſtitiæ opera adultorum bona, licet beatitudinē eis ante pręparauerit, dicente Domino. Venite benedicti patris mei percipite uobis Regnum ab origine mundi præparatum.

Pueris autem ſuo uult indulto, poſt ſuſcepta ſacramenta prius coronare, q̃ uincāt, niſi forte alterius certamine uincant, quo & angeli de apoſtaticis ſpiritibus, ſcilicet agni ſanguine effundendo in paſſione

de quibus canit ꝓpheta. Innocentes & recti adhæſerunt mihi. quia ſuſtinui te, paſſioné mihi tolerandam iniungentem, ex Iudæoꝶ malitia procuratam.

Applicatur credentibus paſſionis Chriſti beneficiũ in aquæ baptiſmi applicata materia, ut præſignauit Dominici lateris apertura, de qua exiuit ſanguis, & aqua.

Aſpergebatur in lege ueteri leproſus aqua cũ paſſeris calidę ſanguine mixta ſepties, quo pręfigurabat̃ uniuerſitate faſcinorũ irretitum aqua baptiſmatis abſoluendũ fore. Oſtenditur aũt ꝙ non datur præparata ab ęterno gloria prædeſtinatis adultis, niſi poſt certamen, dicẽte Ioan. Qui uicerit, dabo ei de ligno, qđ eſt in paradiſo Dei mei. Poſt igitur deuictum, ſuperatumq́; mundum ſuſcipient adulti præmium.

Ad Apoſtoli oraculũ, ꝙ nõ ex operibus iuſtitiæ, quæ facimus nos, ſed ſecundũ miſericordiã ſuam, ſaluos nos fecit dicendum eſt. Apoſtoli uerba prætẽdere miſericordiã dei, primã eſſe ſalutis cauſam, ideo totum non ſecus Deo attribuimus operis noſtri bonũ, atq; artifici, quum cõdenda eſt domus, tunc quidem omnia pendere in artifice dicimus, tametſi ille per ſe opus exequi nequeat materia nãq; ad ſtructurã eſt neceſſaria, & iuuantiũ miniſtrorũ indiget opera. Verum quoniã illi abſoluẽda eſt domus, fatemur illius eſſe omne id opus, & ſic intelligit̃ Auguſtinus in Soliloqis. Si qd unq̃ habui boni, à te recepi, quicqd boni habeo tuũ eſt, uel à te habeo. Si qñ ſteti, ꝑ te ſteti, ſi quũ cecidi, ſemꝑq; in luto iacuiſſem, niſi tu me illu-

mínaſſes. Q uãdo cecidi, nunq̃ ſurrexiſſem, niſi tu ma-
num mihi porrexiſſes. poſtq̃ me erexiſti, ſemper ceci
diſſem, niſi tu me ſuſtentaſſes.

Rapitur quoq; aliquis è uita ante uitæ ſuæ termi
num, ei ex cauſis ſecundis debitum, ne in aliquo uitę
medio tempore ſuę libertatis intuitu, malitia eius im
mutet animum, quæ in ſuæ uitæ termino à Deo cum
ſecũdis cauſis pręfixo (ſi illũ aſſecutus fuiſſet) nõ fuit
ímutatura. Liber Sapiẽtię cap. iiii. de Enoch loqtur.

Loquitur ſæpius ſcriptura iuxta meritorum prę-
ſentiam, dum ſunt homines in peccatis mortalibus,
in quibus non ſunt tandem permanſuri. Hinc dicit
Beatus Gregorius. Nouit Deus mutare ſententiam,
ſi tu noueris mutare delictum. Mutat ſententiam
immutabilis Deus, non ſui, ſed factorum noſtro℞ mu
tatione, eo q Deus male patratorũ iudiciũ, dum ma
le, & perperam fiunt, dicitur eorũ, quæ bene fiũt, ap-
probatiuũ iudiciũ. Et Deus, qui prius perperam fa-
ctorũ notitia dicitur reprobatiua, à nobis mutato uo
cabulo, cognitio bonorũ dicit᷑ approbatiua. Conuer
tat ſe igitur homo, quo nomen auerſi uertat᷑ in no-
men conuerſi. Proinde inquit Hieremias. Noli ſub-
trahere uerbũ, ſi forte audiant, & cõuertant᷑ à uia ſua
mala, & pœniteat me mali, qđ cogito eis facere, pro
pter malitiam ſtudiorũ ſuo℞. Id qđ tamen efficaci ſta
tuit placito ſe facturũ, omnino fiet, nec mutari poteſt
potentia reali, ſed tantum logica. Propterea, non eſt
ſapientia non eſt prudentia, contra Dominũ, ut id nõ
fiat, quod fieri ſanxerit.

Quæcunq; igitur orando conſequimur, ſi ad decretum fuerit conforme diuinũ, conſequimur, & nõ aliter, beato Ioanne teſtante, quum dicit. Hæc eſt fiducia, quam apud Deũ habemus, quoniã quæcũq; petierimus, ſecũdum uolũtatem eius audit nos, ideſt ſecundum uoluntatem efficacem. quæ media, uti orationes, & alia media opera non excludit. Decreuit Dominus, omniũ orationes exaudire, quas pie, perſeueranter, & pro ſalute oratoris petierit orator, ac ordinate, alias uero orationes, harum conditionum aliqua carentes, quandoq; exaudit, quandoq; nõ, prout Deus æternaliter diſpoſuit. Quod ſi aliquid abſolute uult Deus, de quo nos ignorauimus, debemus id; appoſitis conditionibus, petere, ſic orando. Peto Domine des nobis pacem, ſi tamen pacem peti a nobis uolueris, exaudireq; orationem meam decreueris, & oro te ſi exorari uis, & hæc intelligo de his, quæ extra orationem Dominicam continentur, quoniã ea; quæ Dominica oratione continentur, abſolute petẽda ſunt. Statuit autem eum, qui bene tandem pro ſua ſalute orauerit, ſalutis æternæ pmia cõſecutuꝝ eſſe.

Si igitur aliud, uel aliter petierimus, q̃ ſanxerit firmum & immutabile diuinum decretum nobis incognitum, non impetrabimus unquam. Eo fit, ut ſi uolũtas noſtra quicpiam ignoranter petierit, uolũtas dei bona, noſtram corrigat ſtultam.

Atqui perquirendum eſt, quomodo poſſit homo beari, pro quo Dominus Ieſus non orauit, ut ei trinites beatitudinem conferret ex meritis ſuis, quæ ha-

buit in omnibus & ſingulis operibus ſuis, tempore peregrinationis ſuæ. Orauit enim tantum pro prædeſtinatis patrem, quo eis ſua applicaret merita, quũ dixit. Nunc autem pro eis rogo, non pro mundo. i. his qui plus Deo, mundana diligunt. Ad hæc dico, Dominum noſtrũ, non potuiſſe neſcienter orare, uti alii ſancti uiatores, & in patria etiam exiſtentes, quibus ſæpius non innoteſcit Dei propoſitum. Chriſtus uero homo nouit omnia, quæ nouit Trinitas notitia uiſionis, & conſequenter reprobos ſua ſponte obſtinatos diuinæ uocationi, & ingratos Chriſti paſſioni, & præpoſituros uoluntatem ſuam diuinæ uocationi, diuiniſq; præceptis, ideo pro eis non orauit, paratus ex ſe pro illis orare, ſi ipſos nouiſſet ſponte ſua id facturos eſſe, quod uiriũ in ſe erat pro ſalute ſua. Ideo eorum damnatio ſibi imputanda eſt, & non Domino Ieſu, ſi pro illis non orauit, eſt enim diuina prædeſtinatio, æternus diuinitatis amor eorum, qui in dominum credituri erant per Ieſum Chriſtum Dñm noſtrum.

An prædeſtinatus damnari poſſit, & præſcitus ſaluari? Cap. IX.

DE EO, QVOD IN PRImis quærebatur. Si prædeſtinatus dãnari queat, & reprobatus ab æterno ſaluari. poterit quis reddere rationẽ; ſi diligentius eorum meminerit, quæ ante prætulimus, quũ Deum poteſtatem eſſe in oppoſitũ eius, qđ p̃fixit ꝓbauimus, ſicuꝫ, ut ab æterno p̃deſtinatos, & reprobatos, poſſit Deus ab ęterno nõ

prædeſtinaſſe, aut reprobaſſe. Attamen quoniam garulorũ turba mirũimmodum perſtrepẽs, iterũ nos de ueritate perturbat, nouis cauillis, nobis opus eſt ſolutionibus nouis, eorũ importunam ſedare proteruiam. Illud igit̃ in primis nobis obiiciũt. Aliquorũ oppoſitorũ eiuſmodi naturam eſſe, ꝙ eorũ alterũ, nõ poſſit uiciſſim alteri ſuccedere, uti cæcitati uiſio, & priuationi actũ & potentiam priuanti, non poſſit ſuccedere habitus. Ex eo igit̃, ꝙ prædeſtinatũ eſſe, & dãnari, ſic uideat̃ opponi, ut prædeſtinato nõ poſſit ſuccedere, ꝙ ſit aliquando damnatus ſequit̃ neminẽ prędeſtinatũ dãnati poſſe, aut reprobatũ ſaluari. Quod ſanctionibus eccleſiæ aduerſat̃, quæ unũ quẽq; fideliũ ſtatuit credere debere, Deũ in creatis contingenter operari uelle.

Lutherus quoq; nobis (uti in cæteris) proterue inſultat de conſequẽtis, & conſequentiæ neceſſitate diſtinctione, & nihil efficere diſtinctionem dicit, quum neceſſario eueniant pręſcita, quia etſi conſequẽtię neceſſitatem admiſerimus, uictũ omnino, ac proſtratũ erit liberũ hominis arbitriũ, nec quicpiam iuuat neceſſitas, & cõtingẽtia conſequẽtis. Quid enim refert, (inquit Lutherus) ſi liberũ arbitriũ non cogat̃, ſed uolenter faciat id, qđ facit, nec aliter ſe habere queat, ſufficit Luthero immutabiliter fore, ut uolenter faciat, qđ facit, nec aliter habere ſe queat, ſi De⁹ ita præſcierit. Si Deus ſcit Iudam proditurũ, aut mutaturũ eſſe uolũtatem prodendi, utrũ præſcierit, neceſſario eueniet, aut Deus fallet̃ præſciendo, qđ fieri nequit,

hoc

Hoc enim per Lutherũ efficit neceſſitas cõſequẽtiæ ut ſi Deus quicpiã præſcit ipſum neceſſario fiet, neceſſitatẽ cõſequentis purum putat eſſe phantaſma. Nos uero primo cauillo dicimus, q; de huiuſmodi oppoſitis, quæ reſpiciũt futura cõtingentia, non eſt uerũ, q; ſi unum ineſt, alterũ ineſſe ſit impoſſibile quantũcũq; non poſſit alteri ſuccedere, in creaturis autẽ non poteſt ſimile inueniri, & hoc modo eſt de oppoſitis iſtis, prædeſtinari, dãnari, præſciri, & ſaluari. Et ad Lutherum dicimus ex diametro pugnare neceſſitatẽ conſequentis, cum neceſſitate conſequentiæ, ut ſupra in ſecundo libro, Dei præſcientiã late probauimus præuiſis nõ imponere neceſſitatẽ. Obiicit enim Lutherus. neceſſitas cõſequẽtiæ eſt, ſi dixero Deus præſcit Iudam fore proditorẽ, ergo certo, & infallibiliter fiet, ut Iudas proditor ſit. Sed quoniã Iudas poteſt uolũtatem mutare prodendi, ideo non eſt neceſſitas conſequentis. Atqui nõ uidetᷣ cõuenire, Iudam poſſe prodere nolle, & immutabiliter Iudã prodere uelle, nonne directe pugnant? Atqui illa dico directe pugnare, neceſſe eſt Iudam proditorẽ eſſe, & eſt poſſibile Iudam non eſſe proditorẽ. non aũt pugnãt iudas omnino, & immutabiliter proditor erit, & Iudas nõ poſſet tradere Chriſtum. Vide in.ii.lib.cap.xxv. Immutabiliter fieri, & neceſſario fieri, non cõuertuntur, ſed immutabiliter fieri, ſuperius eſt ad neceſſario fieri. & eſſe immutabiliter, ac neceſſario eſſe, quod enim a Deo immutabiliter fiet, uti iudicium finale, poſſet utiq; ſi uellet, id nõ facere, quod tamen immubiliter fiet. Ita

quoq; nõ ſumus nos quicpiam cõtingẽter facturi, q̄a id nouerit Deus. Sed id nouit, quia nos ita eramus facturi. Diximus enim in ſecundo libro, actus noſtros contingentes, & contingenter actos, eſſe cauſam aſſenſus Diuini, ideoq̃; ad id caput recurras, ibi dixi, in facultate noſtra eſſe ſitum, ut aſſenſus Dei infallibilis de eis ſit, quæ nos libere contingenter facturi ſumus. Et quanuis multa logicalia circa hæc dicenda forent, tamen ne tedio Lectorem afficiamus, id tantummodo ad quæſtionis titulum breuiter dicemus. Quód hæc ſigna, prædeſtinatus, ſcilicet præſcitus, damnatus, non apta ſunt cum copula præſentis temporis de ſeipſis prædicari, quoniam ly prædeſtinatus, implicat rem. pro qua ſupponit ſaluari, & in ly. præſcitus rem, quam ſupponit damnari. non autem fieri poteſt, ut prædeſtinatus damnetur, aut præſcitus ſaluetur. Si uero de ſe modaliter prædicentur, uere dicuntur. Potés enim eſſe prædeſtinatus, eſt potens eſſe pręſcitus. & eſt potens non eſſe prædeſtinatus, & poteſt damnari, & potens eſſe prædeſtinatus damnabitur. Sic nanq; ſigna illa cum modali ſigno non opponuntur ſcilicet potens eſſe prædeſtinatus, & potens eſſe præſcitus, ſed opponuntur contradictorie incomplexe, & non contradictorie complexe uidelicet potens eſſe prædeſtinatus, & potens non eſſe prædeſtinatus, & iſta prædicata opponuntur uidelicet ſaluabitur, damnabitur. Hinc logicorum ſcola reſolutius dicit. prædeſtinatum damnari poſſe in ſenſu cõpoſi-

to falſum eſſe,ſed in diuiſo uerum eſſe ſenſu de his la-
te ſcripſi in materia logicali. Potens enim eſſe prædeſtinatus poteſt damnari a Dei uolũtate efficaci, quæ Dei potentia eſt naturalis.

Abſolute prædeſtinatũ poſſe ad tẽpus dãnari, ex legẽda beati Remigii Remenẽſis Epiſcopi colligit, qui Andagombertũ Galliarum Regẽ pcibus, ab inferno ſuſcitauit. Multos legimus in legẽdis Apoſtolorum á mortuis ſuſcitatos per Apoſtolos, ad pœnitẽtiamq; huius uitæ reuocatos eſſe, uti de Gath. Godophori Indorum Regis fratre in. S. Thomæ Apli hiſtoriis habemus. Pater beatæ Othilliæ, dãnatus filiæ pcibus, à mortuis ſurrexit, ueniãq; pmeruit. Hinc Vorilon, dicit in inferno redẽptionẽ eſſe, nedum quoad uenialia peccata, uerũ etiã quoad mortalia, abſoluta Dei poteſtate, nõ aũt ordinata, ad diẽ iudicii uſq;. Cuius.n. uult Deus miſeretur, & quẽ uult indurat. Burlipher dicit in inferno non eſſe redemptionem, ex lege communi, ſed tantum priuilegiata.

Alii aſſerũt non eſſe redemptionem eorum, qui abſoluta & diffinitiua ſententia Dei, præſciti & damnati, ſed bene eſt eorum, qui ſuſpenſiua, & condionata, ſententia ſunt reprobati. Conditionate præſciti, ſunt abſolute prædeſtinati. Et prædeſtinati ſecundũ tantũ præſentẽ iuſtitiam, ſunt abſolute præſciti. Ideo in hac materia de abſolute præſcitis, ac ſimpliciter prædeſtinatis loqui intẽdimus, qui uidelicet tandem ſaluabũtur, tandemq; æternaliter damnabuntur. Gullielmus Altiſiodorẽſis, quoſdã mori in pctis mortalib' tenet,

qui quandoq́; emendæ propoſitum habuere, & horum aliquos uult Deus perpetuis cruciari pœnis, niſi pro eis aliquis ualdæ gratus Deo Sanctus orauerit, & huiuſmodi dicit ſuſpenſiua ſententia damnatos eſſe, uti de Traiano fertur Gregorium oraſſe. Sed eſt apochriſum, nam attribuitur Damaſceno iſtud dictum, qui multo tempore (nonnullorum ſentētia) præceſſit beatum Gregorium. Sed quid de talibus reſuſcitatis, qui in mortalibus deceſſerant peccatis, aut in gratia ſentiendum eſt? Dico ꝙ primi poterant reuocari ad ſtatum merendi, & ſecūdi ad ſtatum demerendi, ut Lazarus reſuſcitatus, qui amicus Chriſti dormierat mortis ſomno, ſi primi reuocati ſunt potuerunt pœnitere & ſaluari, uti Traianus, ſi ſecundi reuocati ſunt probabiliter cenſetur, ꝙ quia iuſti in gratia diſceſſerunt, habuerint liberum arbitrium in gratia confirmatum, ex alia cauſa non, ſed potuiſſent peccare.

Et qui bis mortui ſunt, unam non naturalem habuere mortem, aliam uero naturalem, originali peccato debitā, hinc de Lazari morte prima, ſcilicet naturali, dictum eſt. Infirmitas hæc non eſt ad mortem uidelicet, innaturalem, quoniam bis non punit idipſum Deus. Prima enim Lazari mors fuit naturalis, ſecunda uero innaturalis, ideo non fuit infirmitas ad mortem innaturalem, ſed naturalem. in ſecūda enim morte, martyrio coronatus eſt.

Videtur prædeſtinatum non poſſe damnari in ſenſu diuiſo. *Cap.* X.

INTRABIT ITERVM IMportunus cauillator de eo, ꝙ prædeſtinatum poſſe damnari & præſcitũ ſaluari in ſenſu diuiſo dicit̃. Sic, Dei efficax uelle, quod Dei naturalis eſt potentia non eſt mutabile, alias iam præteritum, fieri poſſet non præteritum, quod fieri non poteſt, & ad prę teritum, eſſet poteſtas ut non ſit præteritum. Ad hũc cauillum reſpõdet Ioannes Duns, dicens. Argumentũ, ideo difficile eſſe ad ſoluendũ, ex hominis falſa imaginatione, quæ ſi corrigat̃ ꝓpoſiti ſophiſmatis non difficilis ſolutio erit. Si homo (quod fieri nequit.) Domini æternã excogitaret uolũtatẽ, mature adhuc nõ excogitaſſe, quã cõtradictionis partẽ ſignificatam uellet. An uidelicet ſaluandus ſit Petrus, uel nõ ſaluandus: tunc optime Domini uolũtatẽ perciperet contingenter ſaluare quecũq; beatificaret, & eos, qui prædeſtinant̃ dignoſceret cõtingenter prædeſtinari. At imbecillis nimiũ hominis mens, actũ diuinũ quũ perinde excogitet, ac ſi iam in præteritũ ſit elapſus, fit, ut uix in Deo libertatem eſſe cognoſcat, quaſi iam auctoris uolũtas elapſis in temporibus ſit poſita, & nõ in æternitate, quæ omni nr̃æ tẽporariæ uolubilitati cõſiſtens, nõ recipit præteritũ, nec futurum, iuxta Apoſtoli oraculũ, Chriſtus Ieſus heri, & hodie, ipſe eſt in ſæcula, heri dixit ob tẽporis incõſtãtiam, hodie uero ex patris æternitate, & ſeruator Iu-

dęis inquit. Antequam Abraham fieret, ego ſum. Vel per heri, hodie, & in ſæcula, cōprehēdit omne tēpus præteritū, pñs, & futuꝝ. Diuinus itaq; actus, qui pde ſtinatio, & pdeſtinare dicit̃ æterna eſt Dei uolūtas, quæ in nūc æternitatis eſt, in quo ſemp exiſtēs omni tēporariæ ſucceſſioni pñs efficit̃, Qui igit̃ diuinā libertatē ſubtilius cōtemplari deſiderat, Dei uolūtatē humanę cōferat libertati, & illā cogitet id primo uelle, qđ prius noluit, & luce clarius dignoſcet ſic dei uoluntatē, eſſe in nūc ſuo æterno & pñti, liberā, ac ſi in tunc æterno, & inſtentaneo, ad nihil extra ſe contingenter pducendū determinata eſſet. Hiſq; fundatis rōnibus ad argumēti formā reſpōdet, Dei prædeſtinationē in præteritū nō fuiſſe elapſam. Vnde uerum nō eſt, hoīem pdeſtinatum eſſe, aut Deū pdeſtinaſſe. At tantū uerū eſt, in pręſentia hoīem pdeſtinari, deo in nunc æternitatis prædeſtinante. Neminē (inquit Ioannes) diuina prædeſtinauit eſſentia, qua omnibus præſens eſt pteritis tēporibus, & licet pterita iā tēpora pterierint, nō præteriit æterna Dei pdeſtinatio, eo fit, ut diuerſoꝝ tēporū uerba de Deo uere dicta, exempli gratia, fuit, erit Deus, prædeſtinauit, præſciuit, prænoſcet, non cōſignificent temporis partes, actum diuinū cōmenſurantes, ut eſt Dei prædeſtinare, diuinumq; pſcire, at magis cōſignāt æternitatem præſentem, omnibus coaſſiſtentē temporis partibus, quæ fuerunt & erunt. Quid igit̃ ſignificabit Deum prædeſtinaſſe, aut prædeſtinatuꝝ? niſi Deum æternaliter, in præſentiq; ęternitate pdeſtinare? eo ꝙ ęter

nitatis inſtans quod Deus eſt, p̄ſens ſimul præterito coaſiſtit tẽpori & futuro. Dum enim dicimus de Deo fuit ſignificamus in eo eſſe, uel idipſum eſſe, quod nũquam abſuit. Cum uero Deum eſſe dicimus ſignificamus id, quod nunquam abeſt, & cum prædicamus Deum fore, id ſignamus, quod nunquam aberit, quoniam idem ipſe ſemper eſt, & anni eius nunq̃ deficiũt.

Impugnatio prædictæ opinionis. Cap. XI.

AT ISTA OPINIO QVAE alioꝝ imaginationes falſas eſſe putat, magis eſt falſa & a nobis ſuprapoſitis in primo libro aduerſat᷑. Ibi, illos, qui bona futura in tẽpore iactant iam deo præſentia eſſe ab æterno impugnauimus, impugnandoq; diximus, Dei æternitatem, nõ eſſe coexiſtẽdi rõnem, niſi tempori, quod eſt, & non poſſibili tempori, qđ non eſt, uti & Dei immenſitas, eſt Deo tantũmodo ratio, ut aſſiſtat loco, qui eſt, & non loco poſſibili, qui nõ eſt, eò fit, ut Deus, qui cœlorum uolutionibus coextitit iam diu peractis, nũc illis non coexiſtat pręſens, neq; circumuolutionibus luminoſi ſolis coexiſtit, quæ per Angelos motores uniformi motu erunt, Quibus inſpectis, experientia, & animi concepta quantitate, de duratione ſui motus effecti certiores. Erimus quoq; certi de duratione, motu, & quiete eorum, quæ erunt, ſed coexiſtet, quum fuerint.

Vere igitur de immutabili Deo, ob eius omnimo dam ſtabilitatẽ æternũ eum dicimus. hoc p̃teriti tem poris uerbũ, fuit, ob tẽpus, quod fuit, & eſt. pro tẽpo re, quod eſt, & erit, quũ in futuris ſæculis erit, ob tẽ pus quod erit. Vereq; in præteritis tẽporibus Deus eũ p̃deſtinauit, quẽ ante tẽpora credimus prædeſti- naſſe, nõ tamen quẽpiam omnibus futuris tempori- bus cœli peractis, cum peribũt ex motu ipſi cœli prę deſtinabit, quũ figura huius mũdi p̃terierit, & nunc quoq; eos prædeſtinat, quos p̃teritis tẽporibus præ deſtinauit. Quid aliud Dei æternitas eſt, niſi ipſe de⁹ æternus, qui omni præteritæ ſucceſſioni actuali, & non actuali, poſſibili tamen coexiſtit, & ſimul eſt, dũ ſucceſſio eſt, coexiſtetq; omni futuræ cœlorũ motio ni corporali, quæ actu, & potẽtia erit. Corporũ nãq; beatorũ, & ſpirituũ creatorũ alteritas cogitationũ, & uolũtatum à ſpiritibus cognita, & cõcepta, qua mẽtis ſucceſſiones ꝓprias, cõſodaliũq; ſpirituũ cognoſcent, & ſtatus menſurabũt, alii, dum memoria, cõtuitu; & expectatiõe, (quæ animi cõceptiones ſunt) p̃teritas, pręſentes, & futuras ſuccedẽtes cogitationes dime- tientur, & ita diſtinguimus tẽpora tria. ſ. pręſens p̃te- teritorũ. præſens p̃ſentiũ, præſenſq; futurarũ motio num & quietũ. Nõ erũt uero cogitatiões, ueræ beatę uolubiles, licet ſuper diuinæ eſſentiæ pelagus, noua ſemper delectabilia, amabilia, & pulchra uidebuntur, dicente Domino. Beati mũdo corde, quoniã ipſi Deũ nedum uident, ſed ſemper uidebũt, ſed nõ beatæ no- titiæ erũt inſtabiles, cum uoluerint beati, & in his nõ

beatis actionibus beatoꝝ cõſtituet᷑ tempus, uel potius ipſæ cogitationes, & uoluntates ſuccedentes, tẽpus erunt. Tranſiens de expectione in contuitũ, & à contuitu in memoriam præteritorum.

Aeternitas igit᷑, quo noſtrum ſignũ eſt, Deum nõ ſignificat ſolũ exiſtentem, omni ſimul mutationi factę quę fit, aut futuræ, dum erit, ſed etiã coextitit p̄teritę, pręſenti adeſt, & futurę, quæ nunquam erunt.

Altera Solutio propoſitæ quæſtionis datur. Cap. XII.

QVO CIRCA PROPOSItæ dubitationi, reſpõdent alii. Quod prædeſtinatio eſt neceſſaria, quoad aliquid, & nõ ſimpliciter. Et licet ad p̄teritum nõ ſit potẽtia, qua poſſit fieri, ut præteritum nõ ſit p̄teritũ, potuit tamen fieri, ut præteritum non eſſet, quo fit, ut etſi iſta propoſitio, homo eſt prædeſtinatus, nõ poſſit eſſe falſa, potuiſſet tamẽ, ex quo non eſt ſimpliciter neceſſaria. Illa quippe eſt neceſſaria ſimpliciter propoſitio, quæ nullo in tẽpore falſa eſſe poteſt, poterit, aut potuit. Dictũ ab ita opinantibus uerum eſſe uideret᷑. Si p̄deſtinatio cœpiſſet in tẽpore, & nõ eſſet ęterna, tunc uero eſſet ſecundum tempus, & nõ ſimpliciter, qa electoꝝ ſalus; ante tempus illud pręteritũ deſignatum potuiſſet a Deo nõ eſſe uolita uidelicet per aliud tempus illud præteritum pręcedens. At Sanctoꝝ electio actiua, quum ęterna ſit, reſpõſio ipſa nõ eſt uera, uidet᷑ ergo

magis neceſſaria abſolute, uti ex fundamentis ſuis teneret Lutherus, eó, ꝙ nunquam potuit prædeſtinatus non eſſe prædeſtinatus, nec cum prædeſtinatur, nec ante, nec poſt uti in ſecundo huius uoluminis libro diximus, neceſſarium eſſe, & impoſſibile non eſſe æquipollent, ab æterno nãq; prædeſtinatus (per Lutherum) neceſſario ab æterno prædeſtinatus eſt.

Dicet aliquis, non neceſſarium eſſe, prædeſtinatũ ab æterno, prędeſtinatum eſſe, eó, ꝙ quocũq; inſtanti aſſignato præterito, ante, quod eſt inſtans prædeſtinationis actiuæ æternæ, potuit nõ eſſe inſtãs ꝑdeſtinationis æternæ, in tali inſtãti aſſignato ꝑterito. Sed ſi rõ hæc penſet, in priorẽ eam relabi uidebimus difficultatẽ, quũ inſtans ꝑdeſtinationis actiuę æternę nõ potuit nõ eſſe. quũ æternaliter ſit ꝑdeſtinatus homo.

Ideo alii tenent, ꝙ ſi aliquis fuit ab æterno ꝑdeſtinatus neceſſarium ſit omnino eum fuiſſe prædeſtinatum, & ſi quis non fuit æternaliter ꝑdeſtinatus, impoſſibile ſit eum ꝑdeſtinatum eſſe, & non neceſſario ſit, eũ fuiſſe prædeſtinatum. Impoſſibile eſt quicquã prius eſſe æterno, Sanctos, ergo iſtorum ſenſu, æternaliter prædeſtinauit Deus ad gloriam, quos non ante ęternum, nec in ęterno, potuit non prędeſtinare. Alii melius dicunt, electos, ideo contingenter, & ab ęterno fuiſſe prędeſtinatos prius natura, & non duratione in ęternitate potuit non prędeſtinaſſe ab ęterno, quia in uoluntate fuit efficaci, quę naturalis eſt Dei poteſtas prędeſtinare electos, & nõ prędeſtinare, & ita ſaluamus Dei libertatem; rerumq; contingentiam &

contingenter fieri, & recurrendum eſt, ad ſeptimum caput ſecundi libri huius uoluminis, ubi agitur de duplici ſimultate.

Auctoris Aſſertio. Cap. XIII.

HVIC PROPOSITAE DIFficultati dicendum eſſe uidetur, pdeſtinatum damnari & pſcitum ſaluari poſſe logica potẽtia, quæ Dei reſpicit naturam liberam, qua inſpecta, homo cõtingẽtes effingit, ppõnes, quæ pro eodẽ inſtãti æterno, quo eſt potentia pdeſtinãdi eſt etiã reprobãdi poteſtas. Vnde licet pdeſtinatus ĩmutabiliter ſaluetur, aut dãnetur reprobatus, eoꝝ tñ neuter neceſſario ſaluatur, aut damnatur. Cõtingenter itaq; logicali contingẽtia prædeſtinatus dãnari, & reprobatus ſaluari poſſunt, non potentia, aut contingentia reali, quoniã prędeſtinatus immutabiliter ſaluabitur, & præſcitus damnabitur immutabiliter. Potentia logicalis contingens opponit᷑ abſolute, neceſſario, at potentia realis immutabilitati. Propter immutabilitatem inquit ſeruator. Non rapiet quiſquam oues meas de manu patris mei, oues enim prędeſtinatæ reipſa, nũquam, de patris manu rapientur, aut filii, dicente Domino. Omne, quod dat mihi pater, ad me ueniet, & eum, qui uenit ad me non eiiciam foras. Rapi tamen poſſent logica potentia, quæ naturam Dei liberam attendit, & quia neceſſitati ſuppoſitionis opponitur potentia, cõtingens realis, eas rapi nõ poſſe dicit,

uel aliter & melius dicit, q deus dicit prædeſtinatio ęterna actiua cõtingẽter ex ęternaliter pręuiſo bono uſu liberi arbitrii creaturę, & ex uolitione contingẽti diuina ſalutis creaturæ ex cuius contingẽtia connotata & ęternaliter cognita & uolita a Deo dicit deus cõtingẽter & eſt contigẽs & libera pdeſtinatio actiua æterna & ita difficultas iſta ex logica facilr ſoluit q ly pdeſtinatio actiua ſuponit pro Deo ęterno & connotat eius cognitionẽ & uolitionẽ ęternã de tẽporali & cõtingẽti & libera ſalute bene utẽtiũ. Libero arbitrio mediãtibus auxiliis diuinis, uide in primo lib. cap. ii. & ita ſtat cõtingẽtia pdeſtinationis cũ ęternitate eiuſdẽ. Clarius ĩfra dicet ultio cap. ueritate. xxvii.

Ad rationẽ in oppoſitum primo cap. primi libri factam, dicimus, orationibus, pro reprobatis fuſis, non poſſe nos, tãdem gratiam pro eis impetrare, qua omnino ſaluentur, ipſi enim nõ agunt opus, quo ſaluentur, ſed illas tm̃ ualere ad pœnarũ diminutionẽ ſic uidelicet, q ob eas ab aliquibus peccatis retrahant, à quibus nõ retracti, grauiores dediſſent pœnas. Non autẽ diminuuntur pœnę dãnatis debitę. alioquin adeo orationes pro illis multiplicari poſſent, q damnatorum ex toto pœna annihilaretur. quod iam Dei ſtatuto fieri nõ poteſt. Parimodo reprobati ppter opera bona ex charitate in hac uita facta, pœnas diminuent ęternas, quę reprobis non debentur, ſed quę deberentur illa, niſi facerent bona opera, quoniã ipſi in peccato mortali exiſtentes, niſi illa bona facerent opera, non diu ſtarent, quia in aliud prolaberentur

peccatum. Non itaq; impetrabit gloriam tandem reprobato, quoniã libertate ſua, ideſt facturus quo nũquam gratiã eſt accepturus. Quod ſi libere facturus eſſet, gratiã ei Dñs daturus eſſet. Auguſtinus inquit. Qui fecit te ſine te, non ſaluabit te ſine te. ſ. cõſentiente, & coadiuuante, & pro prædeſtinatis ualet orantium ſupplicatio ad pœnarũ Purgatorii ſubleuationem, & ad glorię augmentũ, ſi à ſe, uel pro ſe fiãt. Ioã. Euangeliſtę teſtãte. Qui ait, opa eoꝝ ſequunt̃ illos.

Ad id, quod initio obiectũ eſt. dico, non incaſſum á Deo nobis iniungi pręcepta, qm̃ ea ſeruarę noſtrę eſt facultatis, & eorum contemptu, iuſta nobis infligetur damnationis pœna.

Doctoris Epilogus. Cap. XIIII.

COLLIGENDO, EA QVAE pręcedentibus ſcriptis intẽdimus. Primo aſſero Dei uolũtatẽ p̃deſtinare sãctos, nec ob p̃deſtinationẽ, prędeſtinati excludi opera. Prima concluſionis pars ex Apoſtolo oſtẽdit̃ dicẽte. Cuius uult miseret̃, & quẽ uult indurat. Ita intendũt ſancti, cum dicunt Dei uoluntatẽ eſſe primam prędeſtinationis formalis rationem eorum, qui bene operabuntur.

Secundo aſſero hoc nomen prędeſtinatio cõſignificare ex impoſitione, gloriam futuram, primo prędeſtinatorum, & ſecũdo gratiam in pręſenti ſęculo glorificandis, conferendam, Dei ſtatuto.

Tertio aſſero, opera meritoria ſunt, & eſſe prędeſtinationis actiuę effectum quo meritoria ſunt, & eſſe prędeſtinationi actiuæ cõgruã rõnẽ, quo uȝ a libero ꝑducta ſunt arbitrio. Liberũ quoad uſum, arbitriũ prædeſtinationis nõ eſt effectus, licet non ſit ſine prędeſtinationis effectu. Eſt enim triplex prædeſtinationis actiuæ effectus. Primus gloria, Secundus gratia, Tertius opera meritoria, quo meritoria ſunt. gratiam, gloriamq́; , efficit Deus. dicẽte propheta. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Sunt uero ab homine, dum bonis ex genere, & moraliter operibus, gratiam congruo, & gloriam meretur. Augmentum gratiæ meretur homo in fide perfecta bene operando. Bona hominis, natura, & genere, & quęcũqȝ alia ſunt à Deo, & a nobis ĩmediate. Coadiutores enim ſumus Dei. ſuntq́; meritoria, ſi producantur ex inſtinctu infuſæ charitatis.

Quarto aſſero, diuinam inſpirationem præueniẽtem, prędeſtinationis non eſſe effectum, nec rationẽ. Quòd effectus non ſit, patet, quoniam æque bonis, & malis cõmunicatur. Quòd non ſit ratio, patet, qa inſpiratio fit a prædeſtinante, & non à prædeſtinato eſt tñ iuuamen, quo ꝑdeſtinatus gloriã conſequatur.

Quinto aſſero, ꝙ cum uolũtas noſtra diuino afflatui aquieſcit, talis obedientia prædeſtinationi actiuę ratio eſt, ut nobis prædeſtinationem præparet formalem, quia tunc efficit id, quod ſua intereſt, & quod in ſe uirium eſt, & ſatis præparat ſe gratiæ diuinæ.

Bonus arbitrii uſus, non eſt ratio motiua uo-

luntatis diuinæ, quæ eſt immobilis, nec ratio propter quam, quia eſt ineffectibilis, ſed ratio ſine qua, homo non eſt prædeſtinatus.

Sexto aſſero, ꝙ licet homo condigne mereatur gloriam, non tamen digne meretur totam prædeſtinationem. Gloria non eſt prædeſtinatio tota, ſed includitur uti pars, in ſignificato termini, qui ſupponit pro Deo, cuius nulla eſt cauſa, & connotat etiam gratiam.

Septimo aſſero, ꝙ ſaluandus ſi adultus eſt, ex meritis ſaluabitur, iuxta Athanaſii articulum, Qui bona egerunt ibunt in uitam æternam, qui uero mala in ignem æternum. & in Apocalypſis. Opera illorum ſequuntur illos.

Tota ſcriptura, hominem adultum ex operibus ſaluari teſtatur. Si beneplacitum tantum Dei ſalutis hominum eſſet cauſa, Dei iudicia nec eſſent occulta, nec mirabilia, ſed manifeſta, & uoluntaria, & non incomprehenſibilia, aut inueſtigabilia.

Secundo Dei uoluntas, ex ratione non eſſet, quod eſt contra Auguſtinum dicentem, Dei uoluntatem ex ratione eſſe. Voluntas eſt appetitus rationalis, habens quid, & quia, & cur, ut inquit Beatus Anſelmus.

Tertio uoluntas Dei eſſet illiberalis, & crudelis; non omnes ſaluando, quos ex placito ſaluare poteſt, pœnaq; ſæuiſſima mulctando, eos, quos mera libertate damnaret.

Quarto, omnis ſapiens eos, quos nouit eſſe, uel fore meliores eligit famulos, & ſi futura præuideret eligeret eos, quos noſceret fore bonos. At Dominus noſter ſapientiſſimus, futurorum eſt præſcius. ergo ex operũ pręſcientia eligit. Vacemus itaq; bouis operibus ad Dei Opt, Max. gloriã & houorem. Amen.

EXPLICIT TERTIVS LIBER DE PRAEDESTINATIONE ED LIBERO ARBITRIO.

LIBER QVARTVS DE PRAEDESTINATIONE ET LIBERO ARBITRIO.

An prædeſtinatus poſſit de libro uitæ deleri. Cap. I.

VIDETVR SANCTORVM Prædeſtinationē, uoluntatem Dei, quam placuit beneplaciti conſequentis, theologis appellare efficacem. ex eo non includere, q electorum numerum de libro uiuentium nōnullis deletis, minui poſſe oſtenditur, dicente ꝓpheta. Deleant de libro uiuētium, & cum iuſtis nō ſcribant. Et ſi librum dixerimus uitæ, diuinā electorū prænotionem, qūo illa erit electoꝝ certiſſima ſcientia, per quam ab æterno cognitos cōtingit nō ſaluari? Eoꝝ enim deletio, & obliteratio, eſt reprobatio. Eueniet itaq; ut certiſſimus electoꝝ numerus non ſit certus ex illorū libertatibus, qui augent, & minuunt, & in locum ante prædeſtinatoꝝ nō prius electos ſuccedere cadentibus, continget. Inter quos, beatus Ioan. Apl's & Euāgeliſta, quendā adhortari uidetur, eo dicente. Tene quod habes, ne alius accipiat coronā tuā. Cuius dicti btūs Gregorius interpres inquit. Dum alius labit, in locum ſuū alter ſuper inducit. & idē Gregorius ſup Iob. lib. xxiiii. Locum uitæ aliis cadentibus, alii ſortiuntur, & glo. ſup illud Luce. xv. cap. Rumpebatur rethe præ multitudine piſcium. ſic inquit. Non tot intrant de Iudæis, quot ſunt prædeſtinati, & iteꝝ glo. ſup illud Deuteron. cap. i. Dñs, Deus patrum ueſtroꝝ addat ad hunc ueſtrum numerū multa millia, & benedicat uobis, ſicut locutus eſt

& ſunt uerba Moſis. ſic dicit. Addat Dñs multa millia adhuc numerū definitū apud Deū, q nouit, q ſunt eius.

Non igitur uidebitur btūs Auguſtinus libro de correctione & gratia aſſerere ueritaté, quū electorū inquit numerū nō poſſe augeri, nec minui. Quód ſi certa, & fixa eſſet prædeſtinatorū ſalus, ſtabiliſq; reproborū dānatio, ut quid bene agēdorū cura tam ſagax ab eis foret ſuſcipienda, ab illiſq; omni cuſtodia ſeruandū eſſet cor, nequādo in peccata defluerent? Eſt itaq; quæſtionis perplexa difficultas, hinc ſalutis electorū immutabile beneplacitū, & certa prænotio. Illinc libri uitæ obliteratio, & oracula ſanctorum, quæ ſanctorum numerum immutabilem faciunt, ac ſi numeri beatorum Deus præfixus non eſſet numerus.

Atqui ſi æquiuocationū nodos explicauerimus, ſtabit certa Dei electorū prænotio, & Dei uolūtas. Eſt igitur libri uitæ multiplex acceptio. unus uitæ liber diuina eſt uiſionis notitia, quam diximus Deū eſſe pteritorū, præſentiū, & futurorū certiſſimū intuitum. Alius uitæ liber eſt Deus, quo notitiā iudiciariā ex modulo intelligēdi noſtro appellamus iudiciaria enī ſiue approbatiua Dñi noſtri cognitio cōplexorū uerorū tm̄modo eſt. Qui igitur in uitæ libro primo ſcribitur ſemel, nunq̄ delebitur, qm̄ uiſionis notitia nō mutabiliter de Deo pdicatur. Per illā enī dicimus, Deū cōtradictionis utrālibet cognoſcere partem, uerā. ſ. & falſam & quæq; in omnibus temporū ſunt differētiis. Atqui in ſecūdo uitæ libro, quādoq; is, q ſcriptus dicitur, ex patratis facinoribus ſm tēpus, ab eo obliterari perhibetur, eò, q Dei approbatiua cognitio quoſdam iudicat malos, dum mali ſunt, qui tn̄ futuri ſunt bo

ni, quoꝝ Deus futuroꝝ eſt iudiciũ, eos tādē bonos eua-
ſuros eſſe. Ecōtrario ſtabit. Deũ bonorũ hoĩum pro tē-
pore notitiā eſſe approbatiuā dum boni ſunt, quorũ tā
dem reprobatiuũ iudiciũ erit. Eo fit, ut librum uitæ ne-
ceſſariũ ens, cōtingēter iudicare bonos & malos, iuxta
hominum inſtantia merita & demerita dicamus, uti ſa-
tis ex nominũ declarationibus, in ſecundo huius uolu-
minis libro manifeſtum fuit.

Ex his, electorũ numerũ augeri, minuiq́; dicimus, ſe-
cundũ præſentē illoꝝ iuſtitiā, de quoꝝ maiori numero,
omnipotēs Deus, modo à nobis appellat͛ iudicium, qui
de minori in poſterũ exiſtēs iudiciũ, de maiori nullā ap-
pellabit͛ habere ſcientiā, cadentibus nōnullis, de quibus
dicet͛. Amen dico uobis neſcio uos. Erit itaq; in cuiuſq̃
facultate in uitę libro conſcribi, aut etiam deleri, quũ in
cuiuſq; poteſtate conſtitutum eſt, debite propria uti li-
bertate, aut etiam perperam.

Si electorum numerus poſſit augeri, aut minui. Cap. II.

ERIT IN CVIVSQVE FA-
cultate cōſtitutũ electoꝝ numero aggre-
gati, eorũq́; numeꝝ augere, aliiſq́; cadē-
tibus, alterius coronā ꝑripere, q in ſc̃toꝝ
cœtibus, iuxta finalē iuſtitiā, nō augebit͛
unq̃, aut illoꝝ augebit numeꝝ, aut alicuius cadentis co-
ronā non ꝑripiet. Diuina ꝑſcietia, efficaxq́; uolũtas ſtabi-
lis, fixa, & immutata perſeuerat, & ꝓdeſtinatoꝝ aliquem
a gloria nunq̃ caſurũ præuidet, aut uult, qm̃ claui cœ-
leſtis Hieruſalem non diſrumpetur in æternum.

Huiuſmodi ſic prædeſtinatorum, qui tādem nō ſunt

caſuri licet non augeatur, aut minuatur numerus, quē-admodum nec reproborum. Augeri tamen & minui il-lorum numerum logica potentia concedimus, quoniã ſi logicorum dicendi uim perpendimus, præter eos, qui nunc ſunt prædeſtinati, poſſet aliquis ſaluari logica potentia, qua non prædeſtinatũ confitemur poſſe eſſe prędeſtinatum, & prædeſtinatum poſſe non eſſe prædeſtinatum. Ex hoc tamen ipſo, ꝗ quis concederet aliquem ſaluari, concedendum foret ab eo, ꝗ ab ęterno de numero prædeſtinatorum eſſet, & ꝗ iſte non fuit numerus, ſed alius prædeſtinatorum numerus. In ſenſu uero compoſito, nec prædeſtinatorum, nec reproborum augeri, uel minui poteſt, numerus. Eorum enim numeratus numerus, non augebitur unquam, aut minuetur, auctus erit, uel diminutus, ut primo maior ſit, & poſtmodum minor fiat. Alioquin omnium auctor Deus mutabilis eſſet prædeſtinatorum electio, de qxorum operibus, quę tandẽ boni ſunt acturi ĩmutabilis eſſet ꝑnotio.

Immutabilem prædeſtinatorum numerum uocat. Apoſtolus uirum perfectum, ideſt Chriſtum, completum ex capite & membris ad Epheſ. cap. iiii. Cum dicit. Dedit quoſdam Apoſtolos, quoſdam ꝓphetas, alios uero euangeliſtas, alios paſtores, & doctores, ad conſumationem, ideſt perfectionem ſanctorum, ideſt prædeſtinatorum in opus miniſterii, & in ædificationem corporis Chriſti, ideſt eccleſiæ, donec occurramus omnes in uirum perfectum, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti. Virum perfectum appellat Chriſtum Dominum cum omni corpore ſuo, quod non erit perfectũ, quouſq; omnes prædeſtinati compleantur, completo autẽ præ-

 147

deſtinorum numero,occurremus oẽs in uirum pfectũ, quia oẽs pdeſtinati occurrẽt capiti ſuo Chriſto, ut iam poſtmodũ unus ſit uir, Chriſtus,& eccleſia pfectus,& integer,& in mẽſurã ętatis plenitudinis Xpi. Sicut homo per ætates ſingulas creſcit,donec pfectus ſit uir,ſic quotidie creſcit Chriſtus uſq; in diẽ iudicii,nõ in ſe,ſed in nobis,quoad numerũ pdeſtinatorum,qui ſumus corpus eius, cõpleta aũt ætatis mẽſura.i.pdeſtinatorum numero cõpleto,ex qbus plenitudo corporis implet̃, obuiabimus ei poſt reſurrectionem,in qua Xps erit perfectus.

Nõ ppterea ergo ab opibus bonis deſiſtat homo in fine puiſus malus,a quibus ſi ppria libertate deſiſteret,nõ præuideret̃ malus,puidet̃ aũt ita pdeſtinatus,q ſit futurus bon⁹,ut ſi a bonis deſiſteret,nõ puideret̃ bonus, ſed reprobaret̃ malus. Nec opa mala tandẽ pdeſtinatis oberũt,aut reprobatis pderũt iuſtitiæ opa tandẽ, eo,q tãdem nulla pdeſtinati patrabũt mala, quæ ſi fuiſſent facturi tãdem,nõ fuiſſent pdeſtinati, neq; aliqua tandẽ bona erũt,quæ in uitæ termino faciẽt mali, quæ ſi fuiſſent bona,aut futura eſſent, nõ reprobarent̃ mali, ſed ut boni pdeſtinarent̃. Reprobatorũ etiã bona, non ingratus Deus bonus bene ordinabit ad pœnarum inferni diminutionẽ,& huius fugacis uitæ bonorum abũdantiã, queadmodũ electorum peccata(qm̃ opa ſunt facturi. Vnde fuerũt pdeſtinati(teſte Luca euãgeliſta)cũ dicit in dñm Ieſum credidiſſe,quotquot pdeſtinati erãt)bene diſponet Deus qm̃ ex malorum frequẽtia remiſſior a bonis poſſidebit̃ beatitudo,in domo patris,in qua mãſiones ſunt multæ,& ſtella à ſtella differat in claritate. Diuerſisq; bonos purgatoriis pœnis purgabit,ſiue in hoc,ſiue in futuro ſę

culo, qm̄ nō intrabit in domū Dn̄i aliq̄d in mūdum. ſiue
abhominationē faciens, ut inquit btūs Ioānes Apl̄s.

Cur prædeſtinatos Deus cadere permittat? Cap. III.

FORTASSIS AVTEM ELE
ctos ꝑmittit bonus Deus, de uitæ libro
eoꝝ tēporaria iniq̄tate d̄leri & eoꝝ caſus
ꝓhibere nolēs, uti Apl̄oꝝ prīcipis apo-
ſtaſiā manifeſtā in dn̄i nr̄i Ieſu Xp̄i trina
negatione, ut poſtmodū cadētes, Dei p̄ris benignitatē,
& miſicordiā, in eoꝝ piiſſima erectione cōiectēt, q ſua
ꝑuerſa libertate collapſi fuere. Veritatē quoq; diuię pro
miſſiōis, in pcōꝝ remiſſionē pœnitētes expiant̄, q̄ p Eze
chiellē ſic pollicet̄. In quacūq; hora ingemuerit pcōr ui
ta uiuet, & nō moriet̄. Hāc obtulit poſt delictū ſcūs Da
uid, in memoriā p̄ris, dū dixit. Tibi ſoli peccaui, & malū
coram te feci, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis, & uincas
cū iudicaris. Electoꝝ p̄terea caſus, iterdū maioris effi
cit piaculi diuerſionē, nō ſecus atq; cauterii uulnus, apo
ſthematis diuertit putredinē. Sæpenūero fit, ut dū ele-
cti ſuas cōſpiciūt turpitudines, ab elatiōis uitio, deo ab
hominabili, curēt̄, & mox, eò magis, hūilitatis uirtute ſe
deiiciūt, quo donis magis ꝑditi iniquę ſupbię colla ere-
xerūt. Hinc Apl̄s dicit. Scimus qm̄ diligētibus deū, oīa
coopant̄ in bonū, his, q ſm ꝓpoſitū uocati ſunt ſancti &
iūgit apl̄icis uerbis Auguſti. etiam pctā. Idē btūs pater.
Audeo dicere ſupbis utile eē cadere in aliq̄d manifeſtū
pcm̄, ut ſibi diſpliceāt, q iā ſibi placendo cecidere. Dū ēt
hoīum alii cadūt, & reſurgūt, alii, uel ipſis, q ultro cecidē
rūt reprobatis oſtēdit̄, ꝙ ſicut ceciderūt ſpōte ſua, ſic ea
reſurgere ualent, cum cœli columnas cadentes, ex miſe-

ricordia ſuſceperit Deus alias etiã, quæ de ſuo caſu pœnitentes in piiſſimi patris ſinum accurrerunt, ſuſcipiet.

Cur creauit Deus Reprobandos? Cap. IIII.

QVAERET ALIQVIS CVR creauerit de⁹ eos, quoꝝ ęterna nõ fuit pnotio, ꝙ boni forẽt, ſed futuri eſſent mali, ita rñdẽt aliq, ideo malos uoluiſſe naſci, ne mltoꝝ ſalus bonoꝝ ppediret, quos de malis nouimus genitos eẽ prĩb⁹. Nã & Dñs nr̃ Ieſus xp̃s (Matheo referente euãgeliſta) de aliqbus parẽtibus malis noſcit traxiſſe originem. Xp̃ianoꝝ multititudo, cui opæ quæ poſſidet partem, de infidelibus exorta eſt.

Oĩum igit puiſor, quędã mala pmittere debet, ne multo plura, & maiora ppediãt mala. Percutiẽtib⁹, brachiũ exponimus feriẽdũ, quo caput illęſum, oĩb⁹ uigẽs ſenſibus fuet. ob hoc, Atheniẽſiũ rex codrus, in bello mortẽ oppeterẽ auſus eſt, Apollinis oraculo certior fact⁹, rẽp. nece ſua ſaluãdã fore. Et dñs Ieſus atrociſſimo crucis patibulo pſcript⁹ eſt, ut pplm mũdaret ſibi acceptabilẽ ſectatorẽ bonoꝝ opeꝝ. Magr̃atus facinoroſos de medio tollũt, quo rẽp. fuẽt idẽnẽ. Aliis aũt ur̃ poti⁹ dicẽdũ eẽ, ꝙ ita deo libuerit, & in hac ſolone, ideo ſtãdũ eẽ putãt, qm̃ libera diuia uolũtaſq́; pria cõtingẽtiũ extat regula, & illius, ſi rõ q̃rat, nequaq̃ iuenit (ut inqt Aug.) Nec mirũ, cũ & in Polyticis recurrat ad ſupiorẽ, & ab eodẽ ad monarcam uſq; fiat appellatio. Ita ſi in phyſicis quæriret quiſpiã. cur ignis calefaciat, dicetur, quod ei inſit calor, & non erit alia ratio, per quam calor ſit calor, indiſciplinati eſt, quærere cauſam, ubi non eſt cauſa. Creationis etiam malorum aſſignationem iccirco illepi

dam putāt,qm̄ ſi Adā nō peccaſſet tm̄, boni eſſent nati,
qui ſoli ſunt prædeſtinati,& illi boni , qui de malis ſunt
orti parentibus,aut naſcent̄,originē ex bonis traxiſſent
patribus, & cibus ſumptus à parentibus nō p̄deſtinatis,
ſumptus eſſet ab aliis,in quoꝝ altero deciſum eſſet ſemē
de tertiæ digeſtionis ſuperfluo alimento.in altero u ero
prolis corpus organizatum fuiſſet.

Anima quoq; unius,quæ corpori infunditur,eadem
in alterius corporis organis cōcreata extitiſſet , quo cir
ca iiſdē aſtantibus partibus numero , idē totū numero
extitiſſet. Ratio hæc nō demōſtrat,eò, ꝙ Adæ præuiſus
æternaliter lapſus cōtingēter fuit,& cōtingēter ab ęter
no p̄deſtinati,etiā cōtingenter nati ſunt, et ſi Adam non
fuiſſet lapſus,potuiſſent p̄deſtinati nō eſſe nati. Suppoſi
to tn̄, ꝙ Adā nō fuiſſet lapſus, & etiam ſuppoſito Dei ſta
tuto,tātum electi fuiſſent nati, qui originalem iuſtitiā,
inſtar Adæ,licet inamiſibiliter habuiſſent.

Quot erunt prædeſtinati uiri,tot mulieres prædeſtinatæ erunt. Cap. V.

OB HAEC MERITO DVCVNT
alii,tot uiros,quot mulieres p̄deſtinatos
eſſe. Illud in primis fundamentū ſtatuen
tes,generationis uidelicet p̄fectionē pro
innocentię ſtatu, eſſe de hoīum in debita
ætate,numerali integritate, ideo ſi in iuſtitia ſtetiſſent,
in apto gn̄ationi tp̄e genuiſſent, & ita p̄ceſſiſſent gene-
rando,ad electoꝝ cōſumationē uſq;. Tum ꝙ de hoc mā
datū a Deo acceperūt,tum ꝙ oēs fuiſſent geniti ſancti.

Secundo ſupponūt, ꝙ tūc nō fuiſſet pluriū uirorum
mulier una,nec unus pluriū mulieꝝ uir eſſet,natura hoc

ipſum inſtigãte, ut una unius. ſ. uiri, ſit uxor. Vnde ita inſtituti ſunt maſculus & fœmina à Deo, ut dicit ſcriptura. Maſculũ, & fœminã creauit eos, ut unio ſeruaret̃ iter cõiuges animorũ, & figurę umbra ueritati reſpõderet, ut quẽadmodũ eſt unius uiri uxor, ita quoq; una ſit ſponſa eccleſia, ſine iniquitatis ruga, & macula unius ſpõſi Dñi noſtri Ieſu Chriſti, iuxta illud cãticorũ oraculũ. Vna eſt colũba mea, pfecta mea. Subinde inferũt, ꝙ pro innocentię ſtatu, tot fuiſſent exortæ mulieres, quot uiri, ꝙ ſi nõ ſic eſſet, tũc nõ oẽs dediſſent operã gñationi. atq; hoc obſtat iacto ſuppoſito. Et ex ſecũdo ſuppoſito pbat̃, ꝙ ſi plures eſſent uiri, & eſſet una unius uxor, aliqs mox ſine uxore fuiſſet. Pariq; modo. ſi plures extitiſſent fœminæ. Idẽ ſic pbat̃, quoniam ſicuti natura optime fuit a Deo (cuius perfecta ſunt opa) inſtituta. Ita in operãdo optime pceſſiſſet. Atqui inſtituta fuit à Deo in utroq; ſexu, & ęquali, natura itaq; pceſſiſſet pariter in deſcẽdẽtibus.

Hinc fit, ut in cœleſti Hieruſalẽ tot fore beatos cõcludamus hoies, quot mulieres, & ecõtrario, eò, ꝙ tm̃modo ſaluabunt̃ illi, qui nati fuiſſent, & in ueritate ſtetiſſet iuſtitię prothoplaſtus noſter (Auguſtino teſte) nullus dãnandorũ natus fuiſſet, & ex pdictis, ſi in iuſtitia ſtetiſſent primi parẽtes pares fuiſſent nati, natęq; mares, & fœminę, qui, & quæ fuiſſent ſaluãdi, & ſaluandę. Igit̃ & nunc, cum iidem, qui tunc fuiſſent nati, & ſaluati in diuerſis tẽporũ ſucceſſionibus naſcant̃, & in chriſti Dñi noſtri gratia ſaluent̃. Illi etiã parẽtes gemellos pro quolibet partu progenuiſſent, qui poſtmodũ inter ſe cõnubiũ cõtraxiſſent, ita uidelicet, ut frater quiſq; cõgenitã eodẽ fœtu, hr̃et uxorẽ. Frater q; & ſoror i mr̃imonio iũcti parimõ ge

mellos cõgenniſſent maſculũ, & fœminã, & ita deiceps.

Ex quo ſequit̃, ꝙ quilibet ꝑdeſtinatus compredeſti natã in cœleſti gloria habebit mulieré, licet nõ ſibi uxorem, quoniã in regno cœleſti erunt uiri & mulieres uti angeli Dei, qui cõnubia nõ cõtrahunt, ſed quæ illi fuiſſet uxor, ſi primi parẽtes nõ deliquiſſent. Eſto tñ uti ueroſimile eſt, non tot ſunt uiri, quot mulieres ſaluati, aut ecõtrario, ſequit̃, ut is, qui in ſexu uirili genitus eſt, eſſet in ſexu fœmineo genitus & æditus, uel econtrario, qm̃ perſonã nõ mutat ſexus, uti nec ſpetiẽ, figurã licet mutet corporalẽ. Ex eadẽ igit̃ materia, & forma qua uir eſt productus potuit mulier ꝑduci, & ecõtrario, licet differant uir & mulier qualitate cõplexionali, quæ nõ requirunt materiæ, aut formæ diſtinctionem ſubſtantialis, nã inuenitur etiam uterq; ſexus eadem in perſona, ut eſt Hermaphrodita.

Quæſtio, cur peccatorum aliquos punit, alios ad pœnitentiam reſeruat? Cap. VI.

SED ADHVC QVAERITVR cur æqualiũ in peccatis, alios æterno depunit ſupplicio ad aliorũ terrorẽ peccãtium, ſicut de Galileis dicit Dñs Ieſus Lucæ. xiii. cap. & aliquos ad pœnitẽtiã reſeruat, ſi quis dixerit ideo hoc á Deo fieri, qm̃ hos ꝓuidet pœnitentiã acturos, illos aũt non. hoc dictum nihil eſt, quoniam etiam præuidit anteq̃ naſcerentur.

Ideo aliter uidet̃ eſſe dicendũ uidelicet, ꝙ quãuis iudicia Dei abyſſus ſint multa. Deũ nullum adultum dãnare, niſi peccatis ſuis ad ſummum finẽ deuolutis, & tũc illos cõdemnat quos ſic finaliter dãnat, ad alioꝝ exẽplũ,

& terrorē, dicunt' aūt peccata ad ſummū deuoluta, nō quidē malitiæ, qm̄ nullus ita eſt malus, quin poſſit effici peior, ſed in ſummū finē humani iudicii quum u; oībus ꝓbabile eſt, ꝙ amplius peccator nō cōuertet' ad pœnitentiā, uti in ſodomitis manifeſtum fuit, qui eo malitiæ exceſſerāt, ut angelicis in humana effigie ſpiritibus abuti uellent, & in his qui diluuio perierunt. Illi, qui erāt in petaboli prophetas, eos reuocantes deridebant.

Tales igit' a Deo meritis ſuis puniunt' tunc, qn̄ eorū magis ualet punitio ad correctionis exemplum. Eo fit, ut minus peccās qn̄q; puniat', & magis peccās differat', & ad pœnitentiā reſeruet', ob hoc ſeruator inquit. Putatis ꝙ hi Galilei ſ. à Pōtio Pilato occiſi in monte Garizin cum Theoda pſeudo propheta præ omnibus Galileis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt, non dico uobis, ſed niſi pœnitentiam egeritis, ſimul omnes peribitis.

De numero Prædeſtinatorum. *Cap.* VII.

QVOT AVTEM FVTVRI ſint illi, qui Dei beneficio ad illam eligantur gloriā ſolius Dei arcanū eſſe puto, cui ſoli cognitus eſt numerus electoꝝ in ſupna fœlicitate locādus. Conant' tn̄ aliq indiſtincte ꝑdeſtinatoꝝ hoīum aſſignare nūeꝝ, ꝙ ſit cadētibus angelis q. ſ. ceciderūt æq̄lis ad eoꝝ fortaſſis ſediū repletionē. iuxta illud pſal, Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, qui numerus, quotus fuerit, a nobis neſcitur.

Et eſto, angeloꝝ nobis certus numer⁹ eēt, nō ꝑpea ex diuinis colligit' ſcripturis, tot fore tm̄ ꝑdeſtinatos homines, quot ex angelis ceciderūt. Ad angelicarum ſedium

repletionem multo plures fortaſſis requirunt̃ hoı̃es, q̃ hi, qui ſuis ex locis ceciderunt angeli. Sicut enim ex angelis diuerſi, diuerſum in magnitudine determinant locum, cui ſic coaſſiſtũt, ꝙ eo maiori coaſſiſtere natura ſua non ualent, ſed alter eo natura perfectior, maiorẽ illo determinabit locũ. Quid igit̃ mirũ eſt, ſi locũ, cui ęquate coaſſiſtebat indiuiſibilis qui cecidit ſpũs. occupẽt hominum mille animi beati. Ideo, diuinę diſpoſitioni potius ſecretum iſtud relinquendũ eſſe duco, q̃ de eo uelle aliquid temerarie diffinire.

Vtrum aũt p̃deſtinatorũ maior q̃ reproboꝝ ſit numerus, aliquibus uidet̃, ꝙ ſit. ſi angeloꝝ bonoꝝ numero hominũ p̃deſtinatoꝝ iũgat̃ numerus. de angeloꝝ numero ſcribit̃. Millia milliũ miniſtrabãt ei, & decies cẽtena millia aſſiſtebãt ei. & Iob. Nũquid eſt numerus, inditũ eius. Dionyſius in libro de cœleſti Hierarchia inquit. Multi ſunt beatorũ ſpũs. Supernorũ mẽtium, infirmã, & cõſtrictã excedentes noſtrorũ numerorũ cõmẽſurationem. Et licet fortaſſis ſecũdũ aliquos, Draco ſęuiſſimus Sathan uidelicet uiperea ſupbię ſuatione, tertiã traxerit in terrã ſtellarũ partem, ſecũdum aũt alios, nonam oı̃um partem, duę tamẽ trium, aut octo, nouẽ partium, partes permanẽtes cum ſaluãdis hoı̃bus, reproborum omniũ tam angeloꝝ, q̃ hoı̃um numerum excedent. Sũt enim nouem angelorũ chori, & quilibet chorus ut ferunt theologi aliqui, ſex millię ſexcentũ octuaginta ſex cõtinet legiones. Quęlibet legio ſex millię ſexcentum ſexagintaſex cõtinet angelos. In quarto reuelationum beatę Brigidę libro, dixit beata uirgo Maria, beatę Brigidę uiduę decimam angeloꝝ partem, omnium hoı̃um,

qui fuerunt ſunt, & erunt, excedere numerum. Aliqui putant angelorum prędeſtinatorum numerum eſſe duo mille millium. ex Daniellis cap. vii. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebāt ei. Alii, quod ſit mille millium, mille millium angelorum, & uulgo dicitur millionarium de millionariis angelis, quoniam textus hæbreus habet, millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. & magis beatæ Brigidæ reuelationi cōformis eſt opinio. Albertus magnus multo minorem opinatur angelorum numerum eſſe, eam recitādo ſententiam de nouem choris angelorum, & de cuiuſlibet chori legionibus, & cuiuſlibet legionis angelis, ita quod ex Alberto, in quolibet choro eſſent quadraginta millionaria, quadringenta trigēta quinque angelorum millia, qui numerus nouies multiplicatus. Trecenta nonaginta nouē millionaria, & nonaginta millia, & quatuor continet Angelorum.

Nonnulli putant angelorum numerum actu infinitū eſſe, quoniam decies centena millia uidentur circulatum efficere numerum, principio, & fine (uti circulus) carentem. At ecclesia definitum cantat eſſe prædeſtinatorum numerum, quin dicit, Deum eſſe cui ſoli cognitus eſt numerus æterna in fœlicitate electorum collocādus. Omnis denique numerabilis ex ſe eſt numerus, quod enim innumerabilis ſit numerus implicat.

Albertus per legionum numeros, uti & Seruator numerat angelos, quū dixit Petro. An putas quod nō poſſim rogare patrem meum, & exhibebit mihi pluſquā duodecim legiones angelorum, quæ dnodecim legiones continent ſeptuagintanouem millia, & ducentos ſeptuagin

ta duos angelos, Iccirco tenemus ex angelorum multitudine beatorum plures prædeſtinatos eſſe.

Qui erunt plures homines ſaluandi, an damnandi. Cap. VIII,

DE HOMINIBVS AVTEM ſi plures ſint ſaluãdi, aut plures ęternis cruciatibus deputãdi, putãt aliqui, dãnãdorum maiorẽ eẽ numeꝝ, qm̃ à mũdi exordio Dei ſemp̱ eoꝝ numerus, qui p̱ ſacramẽta ſm̃ diuerſa tẽpore diuerſis modis, ab originali culpæ labe mũdant̃ fuit abſq; collatione aliq̃ minor eorũ numero, qui ex idolatris orti à lege Moſaica, & lege naturæ, & Dñi nr̃i Ieſu Xp̃i Euãgelio ꝓrſus alieni fuere. Sed de hoc nõ eſt certitudo, cũ uſq; ad Abrahæ tẽpora nulla fuerit in mũdo idolatria, Adhuc tũc hoĩes de recẽti mũdi creatione a Deo facta memores erãt, ſaluabant̃ in lege naturæ ſeruata, oẽs gẽtiles hoĩes uſq; ad Domini euãgeliũ, & Iudæi in lege naturę, & ſcripta uſq; ad xp̃i legẽ ꝓmulgatã, Atqui de cultorib⁹ Dñi, qui ſpem in dei paſſione uẽtura, aut quę iam p̃terita eſt, oẽm collocarũt hinc inde digladiant̃ plurimi, quoꝝ rõnes placet inſerere, inter quas etiã oĩum hoĩum aliq̃ uident̃ aſtruere, maiorem eſſe prędeſtinatorum numerum.

Eſt igit̃ illoꝝ rõ, quæ Xp̃ianoꝝ maiorẽ facit eẽ prædeſtinatoꝝ numeꝝ. Illa in primis. Quòd de⁹ & natura nihil incaſſum operent̃, ſi cuipiã materiæ hoĩs cõceſſerit De⁹ aĩam, eiq; huiuſcemodi formæ cõferat membra aptiſſima. Sin ſecus fruſtra, inſcipiẽtei q; naturæ inſtitutor oparet̃. Quũ igit̃ hoĩum cuiq; fœlicitatis ardẽs in-

geſſerit deſideriũ, eſto quis ita ab ea decideret fęlicitate, uti naturæ mõſtra à ꝓpriis finibus raro naturę deficiũt, nõ tñ maior hoĩum multitudo optata priuaret fœlicita te quin potius eorũ maior pars btĩtudine potiret, quũ etiã, ad illã, tanq̃ ad finẽ egerit hoĩem deus. Quid uetabit poſt ſarcinę corpis miniſteria Deũ ad illã nõ poſſe cõducere hoĩem. Fecit nẽpe eum Deus, quo ſummum bonum intelligeret intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendoq; frueretur.

Iungũt inſuper alii, hoĩem pc̃tõrũ mole attritũ, mox cõteri, ſi abſolutionis claues ſuſcepit. At Xp̃ianorũ maior numerus, quũ rebus ſalutẽ eſt dicturus humanis, eccleſiæ a ſacerdotibus ſuſcipit ſacramẽtorũ antidota. Maior itaq; Xp̃ianorũ pars ſuis de pc̃tis cõtrita ſaluabitur. Extat etiã Dñi Saluatoris ſnĩa, qua dicit. Simile eſt Regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mari, ex omniq; genere piſcium congreganti, quã quũ impleta eſſet educentes, elegerunt bonos in uaſa ſua, malos autẽ foras miſerunt. Sic erit ĩ cõſumatiõe ſæculi, exhibũt ãgeli, & ſeparabũt malos ex medio iuſtorũ, & mittere eos in caminũ ignis.

Ex uerbis Dñi pauciores fore malos oſtẽdit, quum eos à bonis, quaſi à multitudine maiori bonorum ſeque ſtrãdos, angeloꝝ miniſterio demonſtret, qui tñ cũ bonis, in fidei Petri ſagena, prædicatorum uerbo capiti ſunt. Quòd ſi Dominus q̃plures uoluiſſet oſtendere malos, dixiſſet, & ſeparabit bonos de medio malorum.

De uocatis etiã ad nuptias, unum tm̃modo in carceribus truſum fuiſſe, euangelii textus inſinuat, quę ueſtis formatæ fidei nuptialis nõ decoꝝ fecit, ut reproboꝝ pa tefaceret paucitatẽ in multitudinis collatione bonorũ.

Alii Chriſtianoꝝ tot dãnandos fore, quot ſaluandos ex Dominica parabola putauere, qua uirginum quinq; ſapientes in ſpõſi thalamum, cum bonoꝝ opeꝝ accenſis bonæ intentionis lãpadibus interneq; oleo letitiæ, qua Domino ſolũmodo placere ſtuduerũt admiſſę fuerunt. allis quinque fatuis reprobatis, formatæ fidei oleum, quo rigidæ fidelium mẽtes mobiles in Dominicũ opus redderent͛, nõ habentibus. Idem ex Dñi noſtri uerbis, cum de nouiſſimis diebus loqueret͛ collegi uidet͛, dicentis. Tunc duo eruut in agro, unus aſſumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in mola, una aſſumetur, & altera relinquetur. Duo in lecto, unus aſſumetur, & alter relinquetur, ac ſi oſtenderet Dñs de agro eccleſiæ in quo inimicus zizania hęreſum ſuper ſeminare ſtudet, malorumq; operũ tribulos, tot fore ad gloriã aſſumendos, ſiue obuiã Chriſto in aere rapiendos, ut ſic ſemper ſint cum Dño, quot erunt in terra derelinquendi, quã dilexerunt. Tot de mola ſollicitudinum huius perituri ſæculi, & eoꝝ, qui importunis uictum quæritant laboribus ſaluandos eſſe, quot erunt dãnandi. Tot de lecto. i. uita quiete, quã huius ſæculi nobiles aſſequuntur citra laborem, paratũ uictum per ruſticorũ, & artificum, aliorumq; ſtudia, habentes, eſſe ad cœli palatia, eleuandos, quot erunt in inferni baratrum detrudendi.

Alii uero multo plures damnandos eſſe Chriſtianos, q̃ ſaluandos, eò oſtendũt, q, fœlicitas in Deo tantũmodo habenda per Dei claram uiſionem, & amoris ultimũ fructũ, uires ſuperet humanas. Iccirco a paucioribus hominũ ſuppoſitis, eam conſequi poſſe perhibent, quod eſt uidere in brutoꝝ mentita loquella, quæ á paucioribus

bus animalibus habet. Ea ꝓpter, Saluator noſter & dominus inquit. Multi ſunt uocati, pauci uero electi. Quod Dñi oraculũ interpretãs btũs Gregorius dicit, ad fidẽ multi ueniũt, ſed ad cœleſte regnũ pauci ꝑducunt. Extant & Xp̃ianoꝝ q̃plurima exẽpla, quæ a nobis breuitatis cauſa reſcindunt. Illud tm̃modo in mediũ adducemus, qd in Cronicis Pariſienſiũ narrat Mãphredus de Magr̃o Pariſienſi, qui poſt obitũ, Pariſioꝝ Ep̃o apparẽs quæſiuit, totus'ne mundus iam per iudiciũ cõpletus eſſet: cui cum Epiſcopus, quæſtionis rationem peteret, inquit. Hiſce diebus ad inferni clauſtra tot animæ deſcenderunt, ut nunquam tot in mundo extitiſſe putaſſem. Archidiaconus Lugdonenſis, Epiſcopo apparuit Lugdonenſi, Ioanni nomine poſt obitum, à quo cãcellario, dum ſibi aliquid de futura diceret uita obnixe petiiſſet, illud tantummodo retulit dicens. Bene age Ioannes, iterum tibi dico bene age, quoniam tibi grandis reſtat uia. Eo inquit die, quo é uita migraui, hoc ex orbe diſceſſerunt. octuaginta millia homines de quibus tantummodo quinq; ſunt ſaluati. Ego & beatus Bernardus, Abbas Clareualenſis, cœlũ conſcendimus, tres in purgatorias deſcenderunt pœnas. Hic Cancellarius beneficiis renũciauit, effectusq; eſt heremi diligentiſſimus, ac ſolitarius anachorita. Harum itaq; rationum, quæ uideatur exactior, determinare difficillimum eſt, quoniam illaꝝ quælibet facilem admittit ſolutionem. Primæ igit ita reſpõdeo. Beatitudinem obiectiuam, quę Deus clare in ſe eſt uiſus, in quo (ut fides docuit) beabimur, non diſtincte, aut naturæ uiribus dignoſci poſſe, nec à quo uis hominum diſtincte ex natura poſſe appeti, quo uidelicet illa

ſola ita appetatur, ut nulla res præter illam obiecta poſ-
ſit appeti, ultima pro quiete, at tantummodo confu-
ſe, eò, ꝙ natura omnis ratione fungens, ita animi cu-
pit quietem, ut id requirat, unde animi quietem
nanciſcatur. Sit exempli cauſa mercator, qui aurum ſi-
bi emere uelit, ab eo ſi requiratur, quid in emporio eme
re uelit. Si dixerit aurum, & illi a uenditore auricalcum
offeratur pro auro, quod accidentium formis emptor,
deceptus eſſe putat. Auricalcum cupiendo ac eligendo
decipietur, qui prius in cognitione deceptus eſt. Quo
fit, ut uani hoīes, in quibus non ſubeſt ſciētia Dei aliud,
q̃ Deum optimum max. finem præſtituant, diuitias, pō-
pas, honores, ſanitatem cæteraſq; corporis, & animi uo-
luptates præligant aut ſi Dei ſcientia ſubeſt, ita fortaſſis
remiſſe ſubeſt, ut Deum ipſum non præſtituant finē uo-
luntati, peccarorum pondere preſſi, & obſcuratum ha-
bentes cor ſuum.

Alia Auctoris Reſponſio, & de multiplici appetitu hominis. Cap. IX.

FORTASSIS EXACTIVS DI
ci poteſt, Deū nō eſſe homini naturalem
finem. Si enim homini Deus finis eſſet na
turalis, hominū maxima pars, etiā abſq;
doctore aliquo inſtructa, ſuum agnoſce-
ret Deum Auctorem, eiuſq; beatificam uiſionē ac frui
tionē naturalibus uiribus, & eā diuino ſine auxilio ſpe
tiali aſſequi poſſet, cuius oppoſitum experimento li-
quet, ac teſtatur ſcriptura, ex Apoſtolo Dei gratia no-
bis uitam eſſe æternam.

Motus nāq; naturæ, & gratiæ ualde cōtrariæ, ac ſub

tiliter mouent̃. Natura ſemp̃ ſeſe pro fine habet, & ſibiip ſi reciproca eſt, & ad ſe curua eſt. Grã uero cuncta amo ris Dei intuitu ſaltim habitualiter agit, in quo tandẽ re quieſcit. Ex naturæ motu, omnis homo dicit̃ caro, ſi illũ ſequat̃, at ex gratiæ motu, ſpũs, ſiue ſpiritalis appellat̃, & ſpiritalr̃ nat⁹, ſicut prĩo modo natus, ex carne nat⁹ eſt.

Poſt ꝓthoplaſtoꝝ grauiſſimũ inobediẽtię pc̃tm̃ mor tuo Adã, in tã obſcurã eſt genus humanũ ꝓlapſum cæ citatẽ, ut cũcti fere hoies idola colerẽt. Proínde ſapíæ cap. xiii. dicit̃. Vani ſunt oẽs hoies, in quibus nõ ſubeſt ſciẽtia Dei. Et ex his, quæ uident̃ bona, nõ potuerũt in tellígere eum, qui eſt: Neq; opibus attẽdentes agnoue runt, quis eſſet artifex eoꝝ, ſed aut ignẽ, aut ſpiritũ, aut citatũ aerem, aut gyrum ſtellarũ. Rectores orbis terra rum, putarũt, quibus oſtẽditur uerbis, Deũ nõ eſſe finẽ homini naturalẽ, uti nec naturaliter a nobis in ſpetie co gnoſci põt, & cõſequẽter nec in ſpetie appeti. Eſt aũt no tatu dignũ triplicẽ in hoie appetitũ eſſe intellectiuum. Primum naturalẽ, ſecundũ liberũ non gratuitũ, & tertiũ liberum gratuitum, ſiue gratificatũ. Alii quatruplicem ponunt in nobis appetitũ intellectiuũ. Primũ naturalẽ, qualis eſt appetitus intellectus naturalis ad ſciendũ, de quo Pħus primo meth. dicit omnes homines natura ſci re deſiderãt. Secundũ elicitum, cõformem naturali, uti eſt appetitus uitæ. Tertium elicitum, difformẽ natura li, ſicut eſt appetitus mortis. ex tribulationibus hui⁹ ui tę. Quartũ gratificatum, uti appetitus Pauli cupientis diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Sed iſta diſtinctio non dif fert à prĩa. Prĩo appetitu, cõueniẽtia nobis delectabilia, & utilia naturaliter proſequimur, ac eoꝝ oppoſita effu

gimus uti uoluptates & triſtitias. Secundo appetitu, honeſta, & uitam, (ut plurimũ) proſequimur, & horreſcimus mortem ac inhoneſta, præuio rationis naturali dictamine. Tertio uero appetitu honeſta naturalia, & ſupernaturalia bona, ac media ad ea cõducẽtia optamus, hisq́; oppoſita nolumus, fide, & ꝓmiſſione ſcripturæ præuia, ac charitatis ſpiritu impellente. Quibus ſic habitis dico, finem hominis quoad naturalem appetitum eſſe ſuiipſius cõſeruationem, in quam nedum libero, ſed etiã naturali ſolo tendit quandoq́; appetitu, uti brutũ, unde opus qđuis fecerit homo naturali appetitu, in ſui operabitur conſeruationem, & non peccabit, niſi illud opus appetitu libero ſit ꝓductum (qui appellatus liber eſt) & ab homine productus regulam ſupernaturalem, ideſt Dei legem, ac rationis dictamen, ſequente.

Quòd ſi conſeruatio hominis naturaliter affectata eſſet in obrobrium Dei, aut reipu. detrimẽtũ, debet tũc homo appetitu gratificato, & libero iuſto, naturalẽ cohibere appetitũ malum animæ, ſenſui cõiunctũ, alias peccabit. Hinc Lutherus perperã dicit. nos nõ poſſe uouere caſtitatem, qm̃ contra naturam eſt uotũ. Et nõ aduertit caſtitatem noſtro libero, ac gratificato ſubeſſe appetitui, qui freno diuinæ legis, aut naturalis, appetitum cohibere põt naturalẽ ſenſitiuũ, & intellectualẽ obliquũ. Nec aduertit in hominibus diuerſis quatruplicem eſſe appetitum, unum animalem ſequentem appetitum ſenſitiuum, qualis eſt puerorum, & intẽperatoꝝ. Secundũ incõtinentiũ, qui ſinẽtes ſe ſupari a paſſionibus inordinatus nõ obediũt rõni recte. Tertiũ cõtinẽtiũ qui obedit rõni, licet difficulter. Quartũ uirtuoſoꝝ, q delectabilr,

& prõpte rationi obedit & maxime ſi ſit gratificatus ex his patet ꝙ aliquid eſt illicitum rationi quod non eſt illicitum ſenſualitati aut uoluntati ut eſt natura quędã. Iſti appetitus non ſunt cõtrarii ut patet in Xp̃o, qui uoluit, & noluit mori diuerſoꝝ intuitu. Angelus ante con firmationẽ in Deo delectabatᷣ naturali dilectione, non tanq̃ in ſummo bono, ſed tanq̃ in ſuo beneficio, qm̃ natura motum habet reciprocũ, in ſeq; flectitᷣ, tenditq; ad ſuã utilitatẽ, ac cõſeruationẽ. nec aliquã habet naturaliter operationẽ liberalem. Atqui Dei ſui patefacta angelo uolũtate, ſe relicto, in Dei amorẽ exarſit, libero prius natura appetitu, & ſimul tẽpore naturali gratificato, a Deo cõceſſo. Ob hoc à Luthero morales libri à pħo editi nõ ſunt cõdemnãdi, uti incaſſum editi, ꝙ p̃ſtare nõ ualeat homo ſuapte natura quicpiã opis, qđ in ſuæ naturę cõſeruationẽ nõ ſit ordinatũ, uti bruta naturaliter cibaria, & coitũ effrene ꝓſequẽtia, & iraſcẽtia, hæc impedimẽta amouere appetẽtia. Q m̃ animæ hoium, qui appetitus & naturales & liberi ſunt, alias habẽt regulas, & leges, quibus cõformari tenentᷣ. Inquãtum ſunt liberi, refrenare ſeſe poſſunt à multis obſcœnis, ad quæ, uti bruta, naturali appetitu intẽperate inclinantur, libero poſſunt appetitu, qui rationis dictamina ſequi tenetur.

Martyres gratuito appetitu uicerunt regna, operati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt repromiſſiones, & multi ſolo libero appetitu, cõtra naturalẽ, & gratificatũ appetitum, mortem in Dñi noſtri Ieſu Xp̃i cõtẽptũ ſuſtinuerũt, uti Bononiæ de incredulo Iudæo laqueo ſuſpẽſo expertus ſum, ne ſacrum ſuſciperet regenerationis lauacrum.

Et certe nulla eſt impoſſibilitas, eandẽ potentiã eiuſ

dem intuitu obiecti hr̃e unũ actũ mere naturalẽ, & aliũ liberꝝ Nam anima hoĩs obiectũ intelligit naturaliter, & idẽ libere uult, ita & uolũtas, cõſeruationẽ ſui uult naturaliter, ſequẽs cõueniẽtis ſenſitiui apprehẽſionẽ, & eã dem nõ uult, rõnis ſequẽs dictamen, uel Dei legẽ. Et appetitiones oppoſitoꝝ non ſunt oppoſitæ, cum diuerſas ſequunť apprehẽſiones in eadẽ, uel diuerſis potentiis.

Atqui inſtabit aliqs, ſui tm̃ cõſeruationẽ naturalẽ nõ hoĩs finẽ, ſed btitudinẽ ſupranaturalẽ, qa niſi ita ſit fruſtrabiť eius appetitus naturalis, & fruſtra erit hoĩs inſertus à Deo, tu q̃ homo naturale hẽt deſideriũ ad ſemper eſſe, & id patet, nõ enim fugit corrõpens, niſi ex naturali appetitu ſemp eſſendi in quolibet momẽto in quo timet ſibi auferri uitã. Iumẽtũ uero, in quolibet momẽto apetit eſſe, ſed nõ ſemp eſſe. Et licet nõ quilibet homo ſupernaturalem aſſequatur beatitudinem, tota tamen ſpecies humana ſuo fine non fruſtratur. Talis autem ſui conſeruatio, perpetuo in hac uita miſera haberi non poteſt.

Antequã huic obiectæ rõni ſatisfiat. ſciẽdũ illud eſt imprimis. Beatitudinẽ creaturæ rõnalis importare pfectionem, nõ curando in quo preciſe exiſtat. hoc modo omnes, natura, beatitudinẽ exoptarãt in genere, ſiue cõfuſe. Alio modo, beatitudo importat Dei fruitionẽ, quã fide, boniſq; operibus in futura uita expectamus.

Secũdo ſciendũ eſt, appetitũ naturalẽ, uno modo ſumi pro inclinatione naturali preciſe, qui nõ eſt libere elicitus, & ita nõ diſtinguiť á ſubſtãtia appetẽte, & in ſuã perfectionẽ, & bonũ ſibi tendẽte. Alio modo pro actu libero naturali, appetitui cõformi, etiã ſi ſit reſpectu ſupernæ beatitudinis reuelatæ. Iſtis ſtantibus reſpõdeo,

ꝙ ſi ly. Semper, determinat ly, habet, cócedit̃ añs, ſi ue ro determinat ly. eſſe, negat̃, q̃a nullus homo hét ex na tura appetitũ ad eſſe ꝑpetuũ. quia eſſe ꝑpetuũ, poſſibile hoí nó é natural̃r cognoſcibile, nec hoíem ꝑpetuo frui diuía eſſentia, q̃a hoc tm̃mõ pédet à uolũtate Dei, quæ nobís natural̃r nó eſt nota, niſi q̃ten⁹ à deo nob̃ reuelat̃.

Stat igit̃ finé hoís, naturalé eiuſdem eſſe cóſeruatio né, & oppido utiles eſſe Ariſtotelis Ethícos libros, pru détia, natutalem cohibétes appetitũ, Etenim ex q̃pluri mís expimétís, id ſub arte à Ph̃o. coactũ eſt, unde hoíum genus debile, ratione facilius edoceatur, illud cõtra na turalem appetitum uolendum eſſe libere, quod homi num ſaluti magnis conuenire uidetur.

Præterea, ſi Dei munere id poſtmodũ fide ſcriptura rũ lucidũ euaſit, ad q̃d natura ipſa cæcutiebat̃, cur non poterit id eligere homo, q̃d ſibi ſupra eius naturã (gra tia ſpũs cooperãte) oſtenſum eſt. Finis itaq; hoís natu ralis, eius eſt cóſeruatio. Alia uero ſi cócupierít natura liter, ea, uti fines ſub fine ꝑoptabit ad eius cóſeruationé natural̃r códucentia. Quãdoq; eadem, & naturali, libe roq; ſimul appetitu, cupiunt̃, uti ueritatis cõtemplatio, naturalis fœlicitas polytica, omniũ bonoꝝ ſtatũ perfe ctum uiribus poſſibilem humanis, qui bona exteriora includit, uti ſanitatem, diuitias, cæteraq; id genus fortu næ bona, uti códucétia fœlicitati. Finis aũt appetit⁹ nr̃i liberi gratificati Dei p̃cedente reuelata fide, de⁹ eſt, Sub inde btũs apl̃s inq̃t. Accedété ad deũ opportet credere q̃a eſt, ac ſi aptius inſinuet, uolentem ardoris ſpiritu ad Deũ accedere, prius in ſe ꝑ fidei doctrinã ſuſcipere debe re, ꝙ Deus ſit, credentiumq; in ſe ſit remunerator.

Hac p̄uia fide, qđ excitatū certus erat liberꝝ arbitriū pōt cum Dei influxu actum moral̄r bonum facere, & reſiſtere malo, ac ſe ad chatitatis ſpiritum p̄parare, motibꝰ fomitis, & carnis reſiſtere, cum auxilio etiā uerbi externo. Quum uero ſe p̄parauerit, ſpūs, qui dicit̄ gratiæ ei infundet̄, quo poſtmodum opera efficiet meritoria, & ita quouis opere bono nō peccabimus mortal̄r, licet illud nō imputet Deus, niſi pro ueniali, ut pperā inqt Lutherus. Niſi impius hæreticus intelligat hoīem in omni opere aliqual̄r deficere, quia uel deficit peccādo mortaliter à tota charitatis latitudine, & ita opus nō eſt bonū, uel ab aliquo charitatis gradu, ſicq; deficiendo uenial̄r peccat, uel a ſumma charitatis plenitudine, cuius plenitudinis, nemo unq̄ in hac mortis uita cōpos eſſe poteſt. Sed hic defectus nec mortalis, nec uenialis eſt culpa, ſed prorſus abſq; omni peccato. Ob hoc dicit Gregoriꝰ, bonū eſt ſibi agnoſcere culpā.i. imp̄fectionē, ubi culpa non eſt mortalis, nec uenialis. Soli beati citra corporis molem, id præſtant.

Eſt etiam quædā operatio quæ nec charitate, nec cōtra charitatem fit, cū gratia gratis data. Sic & puri pħi. extra eccleſiæ gremium rational̄r operātes, & bene moraliter nō peccant, & ſi qn̄q; peccare dicant̄. iuxta illud. Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt intelligēdum eſt opus ab infideli factum, non eſt meritorium, uel ſi ab infideli pro infidelitate effectum, eſt mortale peccatum, etiam ſi illud eſſet opus ex genere bonum.

Soluit Auctor motiua q̃bus oſtendi uidebatur.plures eſſe de Chriſtianis ſaluãdi. Ca. X.

NEQVE ILLVD VERVM eſſe puto. Attritum de inferni pœnæ atrocitate pauẽtem eccleſiæ clauibus cõtritionem poſſidere,ſiue dictio ex cauſam ſignificet materialem,ſiue temporis ordinem,qm̃ fieri nequit,ut libertatis opus pœnaꝝ tantum metu ꝓductum,eccleſiæ clauibus,Dei amore præ cunctis dilecti fiat.Illud quoq; uoluntarie dicit̃,qd̃ u; fere oẽs in mortis atterãtur articulo,& oppoſitũ tenuit beatus Auguſtinus dicens.Hac anima diuerſione percutit̃ peccator, ut moriens obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret oblitus eſt Dei. Et p̃s.Non eſt in morte.ſ. rarus eſt, qui memor ſit tui.De huiuſmodi inq̃t Auguſtinus ſacramentum.i.abſolutionis ſacramentum eis dare poſſumus, ſecuritatem non, nunquid dico damnabitur, ſed nec dico ſaluabitur.

Eiuſmodi peccatores contingit,ſua deflere peccata, ob atroces inferni pœnas,in quas mordaci cõſciẽtia cõiectant poſt corpoꝝ diſſolutionẽ, ſe mox deuoluendos eſſe,teſte enim Petro Damiano regulare canonico. Cũ peccatrix anima incipit à uinculis carnis abſolui, amaro terrore cõcutitur,multis mordacis ſtimulis cõſciẽtiæ laceratur,recolit uetita quæ cõmiſit,uidet p̃cepta, quæ adimplere cõtempſit.Probat immobile diſtrictæ ultionis iudicium ineuitabiliter imminere. manere ſatagit, ire cõpellitur,recuperare uult perdita,nõ auditur.poſt terga reſpiciens,totius tranſactæ uitæ curſum ualde breuiſſimum itineris deputat paſſum,ante ſe oculos dirigit,

& infinitæ perenitatis ſpatia deprehendit. Dolet ſeſe, in dulta pœnitentiæ tempora inaniter pdidiſſe. Erubeſcit; qm̃ ppter illã ſubſtãtiã, quæ uermibus obnoxia erat, illam neglexit, quæ choris angelicis erat inſerenda. O, ſi reſidiuum pœnitentiæ tempus mereri poſſet, quanta; & qualia præmitteret, quantis ſe deuotionum uinculis alligaret.

Cæſarius de quodã ſcribit, qui poſt mortem dãnatus amico apparuit, q in mortis articulo adeo peccata ſua defleuerat, ꝙ totũ ceruical cũ puluinari lachrymis pfuderat, dixitq; amico de tãta lachrymarꝫ effuſione q̃renti, illas dãnationis ęternę metu primum, & non Dei amore ſe fudiſſe.

Cuiuſdam peccatoris funeri affui, cui dum plebanus cuncta exhibuiſſet ſacramenta, mox morti propinquus, ſe oĩno dãnatũ eſſe aſſeuerabat, aſtanteſq; eum uacillare putãtes, de cura domus ei loquentes, ſapienter de his tractabat, & diſponebat, cum uero de animæ cura iterꝫ, & ſalute loqueretꝰ, iterꝫ dicebat, omnia dicta plebani & aſtãtiũ ſupflua eſſe, cũ oĩno ſciret ſe dãnatũ eſſe, Hic.n. matrem cum filia lõgo tempore in ſcortis habuerat. Eſt igitꝰ incertum, ſi in mortis articulo fiat de attrito contritus, qui pœnitentiæ ſacramenta ſuſcipit.

Motiua tenentium æqualem eſſe prædeſtinatorum præſcitorumq; numerum, aut maiorem aut minorem. Cap. XI.

SECVNDA OPINIO NON ANgit nos, quæ dicit ex Dñi Seruatoris nři uerbis inſinuari, æqualem eſſe electorꝫ reproborũq; numerꝫ, qm̃ talem habet ſcriptura uſum, ut cum partim, ac partim ali

quid facere, aut fieri dixerit. Nã ſi per quinq; & quinq; uirgines eas, quas ſanctimoniales uocant intelligere uellet, nũquid non ſunt aliæ q̃ quinq;, & quinq; ? aut nunquid corporalibus exercitijs intenti ſunt tantummodo duo, de quibus unus aſſumetur & alter relinquetur ? ita quoq; de nobilibus dicendum eſt.

Neq; ob maloꝝ à iuſtis ſegregationem, minor illico aſſignãdus eſt numerus maloꝝ, cũ aliquoꝝ dicendi uſus ſit oppoſitus. Vnus à nuptiis excluſus, eos qui charitatis unitatem nõ ſeruãt ſignat, qui Xp̃i ueſtem hæreſibus ſcindũt in cõſutilem, hi in tenebras expellentur exteriores, ab interioribus eorum tenebris pulſi. Tertia ratio, quæ malorum Chriſtianorum maiorem facit numerũ, non probat ſatis intentum, cum iam Chriſtianus baptiſmi gratia inſignitus, ad æternam ſit iam ſic diſpoſitus glóriam, uti formatum ſubiecta ſic afficiũtur accidentibus, ut ad formas præparentur ſubſtantiales.

Dictum Seruatoris, de multis uocatis, extendi poteſt ad omne hominum genus, & ita ſtabit de quocũq; modo uocatis plures damnandos eſſe, ex quibus aliqui ſunt electi ueluti de pluribus propoſitis ad regimen in Reges, ut in cœlorum delitiis regnent, & uti certatores in mundi ſtadio, quorum pauci brauium aſſequũtur, ueluti palleæ in area eccleſiæ, de quibus modicum ſcernitur granum, tanq̃ lapides precioſi de multis eligunt̃ lapidibus non precioſis, pro domus ædificio.

Atqui ſi ad Chriſtianorum multitudinem, tantũmodo referatur uerbum, per exiguũ utiq; dicemus Chriſtianorũ numeꝝ, ſi illum, ad omnes conferamus Xp̃i fideles, ueluti ſi pro aliquo conflictu, ex mille uiris pereant

quatrigenti, paucos dicemus ſupſtites eſſe, cum tamen ſexcenti inter illos incolumes euaſſerint. ſic Gregorii ſententia interpretari debet.

Et forte exactius reſpõdendo dicemus, ſeruatoris parabolã de Iudæis ad Iudæos dictam eſſe. Ad uocationem enim illoꝝ miſſus eſt Dñs in propriaq; uenit pſona, dicente Dño. Non ſum miſſus niſi ad oues, quę perierant domus Iſrael, de quo & Apl's ad Rom. inqt. Dico enim Xp̃m Ieſum, miniſtrum fuiſſe circũciſionis, ꝓpter ueritatem Dei. ſ. promiſſam, ad cõfirmãdas promiſſiones Patrum. De his igitur pro cæcitate, quę contigit ex parte Iſrael, pauci admodum ſunt electi, qđ ſpiritu afflatus Eſaias prophetauit dicens. Si fuerit numerus filioꝝ Iſrael, uti harena maris, reliquiæ ſaluæ fient.

Auctoris opinio, quod de Chriſtianis ſint plures ſaluandi. Cap. XII.

ET QVANVIS HARVM triũ nulla detur opinio ex ſcripturis, ul' certa demõſtratio. prima nihilominus ꝓbabilior uidet', quæ de Xp̃ianis plures aſſerit prædeſtinatos eſſe, qm̃, & piæ dulcedini, & Dei miſericordiæ, quã ſcriptura paſſim prædicat de hoĩs fragilitate æquari magis uidet', quẽ nedũ carnis infirmitas mundiq; aliciunt dulces illecebræ, & aduerſitas inquietat, rõnis perturbat debilitas, ſed & malignorum ſpirituum uigilans, inquieta & frequens moleſtia decipit, & perturbat, magiſq; Dñi noſtri Ieſu Chriſti acerbiſſimæ paſſioni pro nobis miſericorditer ſuſceptæ, eſt conſonum, ut in pluribus, ſalutis operetur effectum, ſacramentoꝝ beneficia inter quę poſt baptiſmatis

lauacrum, pœnitentiæ antidotum, quoad utilitatem, ui detur plurimum Chriſtianorum ſalutem expoſtulare.

Accedunt mediatoris noſtri Ieſu incarnatio, Chriſti paræ beatæ Mariæ Virginis, ſanctorumq; pia aduocatio. diuinarumq; ſcripturarum de ſpe in Deum habenda atteſtatio.

Deus nãq; creator noſter, & artifex opus ſuũ diligit. Diligit enim omnia quæ ſunt, nihilq; odit eorum, quæ fecit, quãto magis hoĩem diliget, quẽ ad ſuã creauit imaginem, & cui eſſe gratis tribuit nobiliſſimũ, cur etiam non tribuet bene eſſe glorioſum? & orationibus homini iniunctis a Deo, nõ ſperet beatitudinem? Eius effectus ſumus, cur ſuos nõ cõſeruabit effectus, quos eũ pdiderit; gaudebit de inuentis? Longe maiora de nobis ſperare bona à Deo docet parabola ouis, & dragmæ, perditarũ, in qua Dñs noſter dicit. Ita dico uobis, gaudium erit in cœlo ſup uno peccatore pœnitẽtiam agente, q̃ ſupra nonaginta iuſtis, qui non indigent pœnitentia.

Eandem præterea fidem tenetur Dñs ſeruo, quam & ſeruus dño. Sicut itaq; ſeruus Dño infidelis eſſet, ſi potens exiſtens, Domini neceſſitatibus nõ ſubueniret, cur & Dñs neceſſaria ſaluti ſerui, nõ ſubminiſtrabit? Fidelis inquit Apl̃s eſt Deus, qui nõ patiet' uos tentari ſupra id, qđ poteſtis, ſed faciet cũ tentatione prouentũ. Ob hoc. Beatus Martinus pcutiẽdus à latrone, & rogatus ſi timuiſſet. dixit nũq̃ ſe, ita ſecurum fuiſſe, ſciens miſericordiã Dei maxime in neceſſitatibus affuturam eſſe.

Deus præterea miſericors, nõ minus uult, nos à miſeria liberari, q̃ nos ipſi, ut docet beatus Auguſtinus ſup dicto Seruatoris, Petite, & accipietis. Non enim tã ob-

nixe nos Dn̄s hortaretur, ut peteremus, niſi dare uellet. Erubeſcat itaq; humana pigritia, cum Dn̄s. plus nobis uelit dare, q̄ nos accipere, plus miſereri, q̄ nos a miſeria liberari. Spem etiā auget de filio prodigo parabola, & Dn̄i fiducia, quam nobis dicēdo ingerit. Si uos cum ſitis mali noſtris data bona dare filiis ueſtris, quanto magis pater ueſter dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

In ſpem magnam nos erigit dn̄i noſtri incarnatio, per quā aduocatus noſter, factus eſt iudex noſter. teſte btō Ioā. euāgeliſta cū inquit. Si quis peccauerit, aduocatū habemus in cœlis Ieſum Chriſtum, & ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris. Et Paul. ad Ro. cap. viii. Chriſtus Ieſus eſt à dextris Dei, qui & interpellat pro nobis. Ecce quanta ſpes Chriſtianis ſalutis datur, cum pro nobis oret iudex noſter, & qui pro nobis paſſus eſt, aduocatus noſter factus ſit?

Mediatrix quoq; mater noſtra Dei genitrix uirgo Maria, uita, dulcedo, & ſpes noſtra, nemini pietatis ſuę uiſcera claudit, filio pro nobis paſſo, pectus oſtendit & ubera, ut filius patri cicatrices oſtēdat & uulnera. Et quid nō largiet̃ nobis miſericordiarum pater, ac totius cōſolationis, ubi tot fuerit nobis charitatis exhibitæ īſignia? Sileat (inq̄t Bernardus) miſericordiā tuā o uirgo btā, ſi quis ſe inuocatā in neceſſitatibus meminerit defuiſſe.

Sancti etiā, dum in terris uiuerēt miſere te ſunt pc̄tōribus, ac pro eis orauerūt, quāto amplius nūc orabūt exiſtētes in cœlo miſerias noſtras cū maiori cognitione, & charitate cognoſcētes ante miſericordiæ Dominum aſſiduę aſſiſtentes.

Etiā ſanctæ ſcripturæ, nos pluribus in locis ad ſpem

in Dño habẽdã nos inducũt, & in Dño ſperãtes, beatos aſſerũt. Hinc Eſaias ſecũdo cap. dicit. Quis ambulauit in tenebris (ignorantię. ſ.) & nõ eſt ei lumen, ſperet in nomine Domini & mittat' ſuper Dominũ ſuũ. & p̃s, Spera in Domino & fac bonitatẽ, & paſceris diuitiis eius. Sperate in Domino omnis cõgregatio populi. Item, Sperãtem in Dño miſericordia circũdabit, & iteꝝ in Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo.

Speremus itaq; nos oẽs pctõres à Dño orõnũ exauditionẽ, Dñi auxilium, ac miſericordiã, Demonũ expulſionẽ, gloriæ beatoꝝ poſſeſſionẽ, ita nos Hieremias hortat' dicẽs. Beatus uir, qui cõfidit in dño, erit quaſi lignũ qd' plãtat' ſup aquas. Arbor. n. ſpei i optio loco, hoc eſt in ſummo bono collocat', & nõ eſt ſpes, baculus arundineus Aegypti, ſed ſetinus, quo Deo initit', de qua ſpe. Sapię. ii. dicit'. Qui cõfidũt in illo. ſ. deo ĩtelligẽt ueritatẽ. Spem' itaq; cũ bonis opib' de nũero eẽ p̃deſtinatoꝝ.

De Coniectura prædeſtinatorum & præſcitorum. Et ſi quis poſſit eſſe certus in hac uita de ſua ſalute. Cap. XII.

SED NVNQVID DE Chriſtianis dignoſci poterit q ſũt p̃deſtinati, & q ſũt reprobati. ad hoc dico, nl'la demõſtratione demõſtrari poſſe, aut q̃uis alia hũana certitudine, hoc ſacrũm dignoſci poſſe, qm̃ ęterna p̃deſtinatis ſal' ex dei placito cõcedit', & opibus bonis ab adultis ꝑductis libere, ul' ꝑducẽdis, q q̃lia ſint futura, oĩs ignorat hõ. De futuris. n. cõtingẽtib', nobis nõ eſt determinate nota ueritas, ita uidelicet, ꝙ hominũ nemini, quæ cõtradictionis pars ſit futura a uera

determinate, aut neceſſario ſit naturaliter cognita, quæ tñ ſic immutabiliter erit uera, q̄ nõ erit falſa, aut falſa, & nõ uera erit. Ideo eccleſiaſticus inq̄t, neſcit homo, an dignus ſit amore uel odio. Iob dicit. Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. & Iob cap. ix. Si uenerit ad me. ſ. per gratiã, nõ uidebo eũ. i. non percipiã gratioſum eius aduentũ; & ſi abierit, gr̃am ſubtrahendo, nõ intelligam. ſ. ſpiritus ſancti ſubtractionem.

Afflant̃ nihilominus ita quidã Deo chari, ut illis manifeſta fiat illoꝝ ſalus, & certa, ne ſub tribulationũ faſce deficiant, aut certe ſub eo delitioſe oblectent̃. Ea ꝓpter dictũ eſt. beato Ap̄lo à Dño cum carnis ſtimulũ precaretur amoueri. Sufficit tibi gratia mea. Nã uirtus in infirmitate perficit̃. Iſtud ipſum cõtigit btõ Thomæ cantuarienſi ep̄o. cum ei Dñs reuelauit, cum nõ poſt multos dies, uenturũ eſſe ad Dñm cum gloria martyrii. Talibus reddit teſtimoniũ ſpiritus ſanctus, q̄ ſunt filii Dei.

Aliqui putarunt, certitudinem ſuæ propriæ ſalutis, ex Ezechielis oraculo haberi poſſe dicentis cap. xviii. In quacũq; hora ingemuerit peccator, uita uiuet & non morieť. Cuicũq; enim patere p̃ot, doleat ne peccatorũ ſuoꝝ Dei intuitu, an nõ, & pari modo poteſt euidẽtius intueri, ſit ne de p̄deſtinatoꝝ numero, an reproborũ, & alteri ſcripturæ nõ uidet̃ cõſentire, quæ dicit. Neſcit homo, an ſit dignus odio, uel amore.

Præterea, qui mortal̄r peccat, ſcit Deũ. i. Dei gratiã a ſe recedere, & qui debito modo eſt baptizatus ſcit gratiã adipiſci. Scit itaq; aliquis ſe dignũ odio, & aliquis ſcit ſe amore dignum. Ideo, alii eccleſiaſtici uerba interpretant̃ debere intelligi, nõ eſſe uniuerſaliter dicta, ſed ut

in plibus uera, & uerba Iob dicētis. Si uenerit ad me nō uidebo eū; & ſi abierit nō intelligā, ita gloſant pariter, Dn̄s uenit, cum beneficia cōfert, aut recedit, cū ea ſubtrahit. Bn̄ficia aūt tēporaria collata, uel ſubtracta neſcimus an in pnitiē uergāt, uel nō. Ezechielis oracl'o, ita reſpōdeo, nunq̄ uiatori dilucidū eſſe, ſuoꝝ an ſatis doleat pctōꝝ. faciatq; ſatis id, qd̄ i ſe uiriū ē, p dei grā īpetrāda.

Ex quo citra Dn̄i ſingularē reuelationē, cuiq; hoīum haud certū erit de ſui approbatione, uel reprobatione. Debitis tn̄ indiciis poterit qcūq; ita de ppria ſalute, & reprobatione cōiicere, uti peritus admodū medicus de infirmoꝝ cōualeſcētia, icurabiliq; lāgore, Iudicat nāq; ex pulſibus, cordis motū. ex ciboꝝ appetitu, medellaꝝ retētione, mētiſq; ſanitate, qbus ſi cūcta hæc ppitia uiderit, nociua ægrotātibus, q̄ ſanitatē īpedire ualerent uitabit. Hæc uero ſi cūcta deſpata uiderit, quęq; petierint, pcul dubio cōcedet. Si quo modo natura id forte expoſtulauerit, qd̄ ſaluberrimū illis fiat, qd̄ medici ſapiam ſubterfugiat. Hæc. n. pignora ſunt æternæ hr̄ditatis á ſpū ſc̄tō collata. Nō ſecus xpianoꝝ quis poterit de ſalute ppria aliq̄tulū reſpirare, cū in ſe bonoꝝ ppenderit frequentiā opeꝝ, q̄ feruoris charitatis index eſt, correctionum antidota fortiter ppetiet, nec ea q̄ſi euomendo abiiciat, diuinæ, ac ſuauiſſimæ paginæ eſcaria ſuauiter deguſtet, pcōrū pudeat nedum occultoꝝ, ſed & manifeſtoꝝ publica commiſſio, huiuſmodi haud deſperanda ſalus eſt.

Tria inexiſtentis grā͞æ, & pdeſtinationis ſm̄ pſentē iuſtitiā inuit pp̄ha dum dicit. Quis oſtendit nobis bona? & rn̄det. Signatū eſt ſup nos lumen uultus tui Dn̄e, dediſti lætitiā in corde meo, & in fine cātici inqt. In pace in

idipſum dormiã, & cõquieſcã. Ponit.n. lumẽ, lætitiã, & pacẽ, ſigna oſtẽdẽtia ęternã gl'iam, æternaq́; bona, lumẽ qdẽ in rõnali, & lætitiã quæ de bonis opibus habetur in concupiſcibili, & cõſcientię, ac animi tranquilitatẽ cum Deo in iraſcibili uoluntate.

Gerſon ponit diſplicẽtiã pcõꝝ, ꝓpoſitũ de cætero cauẽdi, & cõfitẽdi, dicitq́; tria ſigna à ꝓpħa ꝑdicta, nõ eſſe euidẽtia ſigna lumẽ.ſ. lætitia, & pax, qm̃ qñq́; ſunt ſophiſtica in deceptis à diabolo, q illud deuotiõe ſophiſtica in malis nitit' hoib' efficere, qđ dñs in ſctis uere opat', ut deo uerſipelis inimicus uideat' aſſimilari & mali minus timeãt demonũ deceptiões dũ iã ex iſlato ſpũ ſe factos impeccabiles exiſtimãt. Itẽ qcqd expit' in ſe hñs grãm ſiſe expiri põt ea, carẽs, ut hrticus & iſidelis ut dulcedinẽ, delectationẽ, lætitiã, firmitatẽ, prõptitudinẽ, ob qđ errorẽ ſuũ ꝓſequẽdũ. Talia audiui ab experto heremita cõtigiſſe monaco, cui quotidie Venetiis apparebat Demõ trãsfiguãt' in angelũ lucis orãti, dicẽtiq́; ſibi cũ dei bñficio, ac ſuis opib' iã à Deo cõfirmatũ eſſe in grã, effectũq́; eſſe oĩno ĩpeccabilẽ. Erat tũc ei ficta animi lætitia, fictus ſpiritus feruor, & fallaces mentis ſplendores, & ſil' carnal'r polluebat'. Cũq́; de hoc dubitãdo demoni diceret qũo carnis pollutio tãto mentis ſplendori, ardori, ac lętitiæ cõ uenirent, & quæ eſſet cõuentio carnis ad ſpm̃, lucis ad tenebras? rñdebat, cum mens hoĩs ad ſupna rapit', cõtremiſcens debilis caro, ex ſe hmõi emittit ĩmũditias. Qũo monachus ille ab heremita à demonis ſit fallaci uerſutia curatus, breuitatis cauſa ſcribere reliquo. Idem modo euenit. Petro patauino hrtico q Venetiis carceri arctiſſimo mãcipatus pro hęreſi paratus eſt incẽ

dio tradi ne hęreſi abiuret,eo ꝙ deuotionē ſophiſticā ac diabolicam experiatur.

Satis itaq; ſit tria illa ſigna quandoq; eſſe ſophiſtica, neq; Gerſonis ſigna ſunt euidentia, quoniã ineuidenter ſcimus,ſi diſpliceat peccatũ Dei intuitu p̃ræ cũctis creatis dilecti. Eſt etiam tanta amoris naturalis de Deo acquiſiti ac infuſi à Deo,tanta deniq; uirtutum acquiſitarum,& infuſarum uicinitas,ut neſcire poſſimus, an grati ſimus Deo, uel ingrati,digniq́;, gloria, an inferno, ſine Dei ſingulari reuelatione. Et quanuis Archiapoſtolus Petrus,ſcd͞a Canonica cap.primo dicat. Satagite,ut per bona ueſtra opera certam ueſtram faciatis uocationem intelligendus de certitudine eſt, & ſcientia coniecturali,quæ uehemens,& intenſa eſt opinio.

Si uero deuotionum, orationum, omniumq́; bonorum ſtudiorum diſpliceat, & operum multitudo, mandatoꝝ tranſgreſſio Dei a ſe, uel ab aliis facta,illum oblectauerit, increpationum fugerit antidota, Verbi Dei nauſeam præbeat auditus, de huiuſmodi ſalute, actum eſſe putamus, cum dicat Dominus. Qui ex Deo eſt uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non eſtis. Auguſtinus inquit. Pallato non ſano, pœna eſt panis, qui ſano & ſuauis, & oculis ægris odioſa eſt lux,quę putis eſt amabilis. Si quis etiam ſe inuerecundum in peccatis patrandis & impudentem uiderit, ſe uti inſipidum, ſtolidum, phreneticumq́; iudicare ualebit. Iſtud ipſum agonizantibus in extremis euenire aſſolet ex phantaſiæ organo, in illis ita fracto, & corde ſuffocato, in quo plus reſident phantaſmata, quám in capite, aut ſpiriti-

bus, & ex uaporibus tetris corruptiſq́; ea offuſcãtibus; quo ordinata nequeãt hr̃e phãtaſmata, hmõi pctõꝝ põdere p̃ſcis, uti uitulus de ꝓximo a lanio iugulãdis cũcta fere, quæ petierint concedentur, quo de proximo ſe iugulandos in inferni ſuppliciis eſſe coniectent.

Solent poſtremo de ꝓximo morituri, aliis flentibus ſæpe ridere, nec ex phãtaſia fracta ꝑcipere ualent quot corporis agitent᷑ langoribus, ita quoq; ꝑditi hoĩes nõ dignoſcunt, quot uerſent᷑ in malis, paradiſi gloriã ſpnunt, pœnaꝝ inferni tormenta nõ aduertunt, iudicãtis diſtrictum Dei iudicium deſpiciunt, nec credunt, uti ſimilia deliramentis eſſe ducunt. Eo fit, ut lugentibus bonis de illoꝝ deſperata ſalute tanq̃ uidua, quæ extra ciuitatis fores exportatum unicum deflebat genitũ ipſi derideant.

Summa totius operis ex. XXVIII. Veritatibus pendere oſtenditur.
Caput. XIIII. & Vltimum.

CLARIORI PRO NOTITIA huius q̃õnis difficillimæ, uti totius opis fundamenta uigintiocto ueritates, tanq̃ lapides duriſſimos ex diuię paginę alueo in ſtructura uoluminis electos poſuim⁹.

Prima eſt effectus diuinæ p̃deſtinationis, qui beatitudo formalis opatiuaq́; dicit᷑, duę aſſignant᷑ cauſę. Vna realis, quæ Dei eſt uoluntas æterna, quæ notat᷑ in pſal. xvii. Saluum me fecit, q̃m uoluit me, & in pſal. lxxxiii. Gratiã & gloriã dabit Dñs. Scd̃a eſt ꝓpõ illatiua opeꝝ in tempore futurorum bonorum ſignificatiua, quæ ſi ab ęterno fuiſſet, etiã fuiſſet ab æterno uera, uti hęc. Petr⁹ in fine uitæ ſuæ bene opabit᷑, ex qua infert᷑, ꝙ ſaluabit᷑. iuxta Seruatoris dictũ Mathæ. xxv. Eſuriui & dediſtis

mihi mãducare,& reliq̃ quæ ſequunt᷑.ex q̃b⁹ iſert Dñs. Ibũt hi in uitã æternã.Et Athanaſi⁹ in Symbolo.Qui bona fecerũt ibũt ĩ uitã eternã,q uero mala egerũt ibũt in igñe æternũ. Secũda Deus,natura nemini debet. Ro.xi.Quis prior dedit ipſi,& retribuet᷑ ei.& intelligẽ dũ eſt,deũ nemini debere cuiuſpiã boni receptiõe,licet miſericordiæ ꝓmiſſiõe debeat.Soli.n.ſuę uolũtati debet deus aliis uero ſecũdũ qđ uolita ſunt ab eo.Apl̃s Thimo.inq̃t.Bonũ certamen certaui,curſum cõſumaui,fidẽ ſeruaui,in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,quã reddet mihi Dominus,in illa die iuſtus iudex.

Tertia,etſi q̃cũq; in creatis uult Deus,cõtingẽter,& libere uult,eius tñ uolũtas eſt ĩmutabilis. Pr̃ia ps infra rõne oſtẽdet᷑ decima ueritate.Secũda oſtẽdit᷑ Reg.cap. xv.Porrò triũphator Iſrael non parcet,nec pœnitudine flectet᷑,nõ.n.eſt ut hõ,ut agat pñiam.Malach.inq̃t.Ego Deus & nõ mutor. Quarta Deus creauit hoiem liberũ cõtingẽter,& libere uolentẽ q̃cũq; uult,neq; ei deeſt Deus opẽ ferre,ut ꝓducat uolũtates ĩmanẽtes,licet nõ ſemp actib⁹ ĩperatis coagat.Prima ps liq̃t eccl̃iaſtici.ca. xv.Deus ab initio cõſtituit hoiem,& reliq̃t eũ in manu cõſilii ſui.adiecit mãdata,p̃cepta q; ſua. Si uolueris mandata cõſeruare cõſeruabũt te,& in ꝑpetuũ fidẽ placitam ſeruare.Appoſuit tibi ignẽ,& aquã,ad qđcũq; uolueris porrige manũ tuã.Ante hoiem uita,& mors,bonum,& malũ,qđ placuerit ei dabit᷑ illi.Secũda ps patet,quia ſi libera eſt hoĩs aĩa,p̃t uelle,& nolle,ſed nõ ſine gñali iſfluxu Dei coagẽte.Prouer.xv.Infern⁹,& ꝑditio corã dño, quãto magis corda hoium.Et alibi,oĩa opa nr̃a opatus eſt Dñs.Tertia ps eſt clara ex.iii.lib.Reg.ca.xiii.de Hie

ma patet Thimo.c.ii.De⁹ uult oẽs ſaluos fieri,& ad agnitionẽ ueritatis puenire.zach.i.Cõuertimini ad me,& ego cõuertar ad uos.i.qđ in uobis uiriũ eſt facite ut bñ agatis,& ego cõuertar ad uos charitatẽ meã in corda ueſtra largiẽdo.Et notãdũ eſt, quẽlibet hoĩem rõne utẽtẽ poſſe facere id,qđ in ſe eſt.primo nõ cõſentiẽdo peccato.Scđo cõuertẽdo ſe ad Deũ. Vel primũ põt ſolo rõnis dictamine,qđ ad optima depcat̃ ſuadet, & increpat. Scđm põt ex eo,ꝙ quilibet homo põt naturaliter ſcire ſe nõ ſemp fuiſſe,ſed factũ eſſe,& conſequenter hr̃e principium,ac ab illo principio ſe habere quicquid boni habet.Iccirco à Deo debet petere bonum,& ſuorum defectuum ſupplerionem.Ob hęc,nulla fuit natio tam fera, quæ ſine Deo uoluerit eſſe,á quo neceſſaria ſubuentionemq́; peteret.Cum itaq; homo à Deo cognitionis, fidei,& boni,lumen petit apponitq́; omnem induſtriam, ut illud aſſequat̃ ceſſando a peccatis,& ad bona ſe opera conuertendo,facit quod in ſe eſt. Infidelis facit quod in ſe eſt,dum ſuũ liberum conformat rationi arbitrium, ac toto corde quærit illuminari,ut cognoſcat ueritatẽ, iuſtitiam,& bonum.Fidelis autem facit quod in ſe eſt, ſi fidei regula peccatum deteſtetur,proponatq́; in omnibus obedire Deo ꝑpter ipſum,uti ſummum bonum.Poteſt etiam dici hominem tunc facere quod in ſe eſt,& intelligo fidelem,pro ultima præparatione ad charitatis donum, quando naturaliter diligit Deum plus omnibus creaturis, quia Deus non ingratus ad ſic diligentem circunfuſus charitate uenit.

Notandũ eſt,ꝙ facere id,qđ in ſe eſt, poteſt intelligi dupl̅r,uno modo ꝓbabil̅r iuxta iudiciũ ꝓpriæ cõſciẽtię,

coagit,ſcdæ cãæ ad agẽdũ. Tertio ꝙ prima in ſcdam influat. Si primis duobus modis intelligit' nõ ſeqt',ꝙ ſi prima cã efficit neceſſario ſcdam,uel cã cõſeruet, ꝙ coagat ei ad agẽdũ. Eſto.n.cœlũ, & ꝙ angelus uolũtatẽ conſeruaret humanã,nõ ꝓpterea eũ cogerẽt ad agendũ. Volũtas quoq; libere opat' cõcurrente naturali cognitione, nec oportet uoluntatẽ recipe influxũ quo agat,cũ ex ſe ſit agendi principiũ,& tñ fide credit' primã cãm oib⁹ ſecundis cauſis coagere ut agãt. Scda ps ſic ꝓbat'. Eſto de⁹ cuncta agat ut aſſerit eccl'iaſticus cap.i. Vnus eſt creator oium oipotens, Rex potens,& metuẽdus nimis, & omnibus cauſis ſcdis coagat,iuxta illud. Beati Io. euãg. Omnia p ipm facta ſunt,& ſine ipſo fctm̃ eſt nihil. Si naturalr & nõ libere ageret, omnia ſimul ꝓducibilia ꝓduceret,qm̃ agens ſufficiens naturale,ſi æqualr multa poſſit opari,uel ꝓducit qdlibet eoꝝ uel nullũ. Si igit' Deus ſit agens ſufficiens,& naturalr cauſans,neceſſario omnia ſimul,uel nulla cauſabit,ſed nõ omnia ſimul cauſat,ergo nulla cauſabit,ſed cauſat aliq Deus,uno tpe,& alia alio facit tpe. ergo libere cõtingenter opat'. Ad hoc diceret purus Phs Deum nõ poſſe indifferẽter & imediate oẽs indifferẽter opari,ſed tm̃ mediãte cœli motu,iõ nõ ꝓbat' libertas cõtingẽtię dei ex hac rõne, ideo ex ſacris lr̃is eſt credẽdũ q tenet uoluntatẽ diuinã eſſe radicẽ cõtingẽtię.

Vndecima ueritas,Deũ in creaturis opari cõtingenter oſtẽdit',qm̃ ſucceſſiue opat',& ſucceſſiue ab ope ceſſat. Hiere.xix. Nunquid ſicut figulus iſte nõ potero uobis facere domus Iſrael. Ecce ſicut lutum in manu figuli ſic uos domus Iſrael in manu mea eſtis,i.de uobis,uti de luto figulus cõtrectãs ꝓlibito lutũ,& figurãs,meo ꝓlibi

to facere licet. Hæc lucidius uident̃ in opibus ſex dieꝝ, & in ſucceſſiua aïaꝝ creatiõe, oĩumq́; cõſeruatione. hinc dicit Seruator. Pater meus uſq; mõ opat̃, & ego operor.

Duodecima, ſtat oĩum reꝝ infallibilis, & neceſſaria Dei cognitio cũ cõtingẽtiũ reꝝ futuraꝝ cõtingẽti notitia, & eoꝝ cõtingẽti factura, patet quia cõtingenter res, deus neceſſario ſcit ſcía ſimplici, & ſcit contingenter ſcía uiſiõis. Nã dei uiſio eſt tm̃ reſpectu reꝝ q̃ ſunt in aliq̃ differẽtia tpis q̃ potuiſſent nõ fuiſſe, & cõſequẽter nõ uideri a deo. Scía aut dei ſimplex eſt reſpectu eoꝝ, quę ſunt, & quę nõ ſunt in aliq̃ tpis dr̃ia, & ideo aliq̃ det ſcit neceſſario, & cõtingẽter, ideo ĩtelligẽtur ea, q̃ dixi in cap. viii. ſcd̃i libri de ſcía iudiciaria q̃ ẽ reſpectu cõplexoꝝ. Vide ibi. Item deus eſt ratio ſufficiens cognoſcere determinate certe, & ĩmutabil̃r cõtingẽtia, qa eminẽtiſſime & pfectiſſime oĩa, oĩ eo mõ, quo ſunt cõtinet & repræſentat.

Decimatertia ſtat electoꝝ ĩmutabilis p̃deſtinatio, cũ ptãte dãnãdi eos, patet infallibilis Dei cognitio de electis eſt, q̃ ſub hui⁹ noïs p̃deſtinatio, ſignificato cõtinet̃. Secunda pars probatur ex libro ſecundo cap. ſeptimo.

Decimaquarta, ſtat iuſta & infallibilis p̃ſcitoꝝ reprobatio ex p̃uiſa á Deo eoꝝ obduratione uoluntaria, quia ĩmutabilis eſt Dei uolũtas, & infallibilis ſcía, & hõ liber eſt ad reſiſtẽdũ diuinę uocationi Hier. c. viii. Indurauerũt facies ſuas ſupra petrã, & renuerũt accipe diſciplinã.

Decimaquinta, Iuſta opa electoꝝ ſunt rõ bñficationis eoꝝ ſine qua nõ, qm̃ effectus qui cõtinet̃ in hoc ſigno. ſ. p̃deſtinatio, nõ efficeret̃ in p̃deſtinato ſine iuſtis electoꝝ opib⁹ adultoꝝ Ro. viii. c. Quos p̃ſciuit. ſ. bñfacturos, & dituros ĩ dñ̄o, hos p̃deſtinauit cõformes imagini filii ſui.

Decimaſexta, Deus aliquos gratificat citra oẽ meritũ

cõdigni, & cõgrui ſolo ei⁹ bñplacito.ꝑs. De Virgīe Ma ria. Io. baptiſta. Hiere. in utero ſctificatis, de talib⁹ abſo lute dici poteſt, nõ ex opibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos &c. orationes tamen, merita, & opera uirtutũ, nõ ſunt ua na. quinimmo, qui in illis perſeuerauerit ſaluus erit.

Decimaſeptima, Agat q̃cq̃d uelit p̄deſtinat⁹ oĩno ſal uabit̃. Agat & reprobatus q̃cq̃d uelit oĩno dãnabit̃, q̃m̃ p̄deſtinatus nõ eſt acturus tãdẽ niſi bonũ, reprobatusq̃; tandẽ niſi malũ. Quód ſi p̄deſtinatus facturus eſſet tan dem malũ, & reprobatus tandem bonum, nec prædeſti natus eſſet p̄deſtinatus, nec reprobat⁹, reprobatus eẽt.

Decimaoctaua, Deus creauit animas, quas infallibilr̃ nouit ab ęterno, male ſua libertate eſſe opaturas, q̃a uo luit, aliaq̃; rõ nõ eſt q̃rẽda, nemo p̄t dicere. Cur ita facis? Et q̃ min⁹ ſcrutator ẽ maieſtatis dei, opprimet̃ à gl̃ia. In poly. tãdẽ ſtat̃ uolũti Monarcę, & q̃cq̃d ille decreuit, nõ eſt ãpli⁹ appellãdũ. In diſcipliãti ẽ cãm q̃rere ubi ñ ẽ cã.

XIX. Tenet̃ reprobat⁹ grãs ager̃ deo, ꝙ eũ creauerit, lȝ, ei nõ expediat creatio, eo, ꝙ unicuiq; p̄ti bonũ toti⁹, ſit meli⁹, q̃ ipſi⁹ p̄tis. Sub ide manũ exponim⁹ ictui pro tuẽ do capite. Dãnatio peccãtiũ tẽdit in bonũ & decorẽ uni uerſi. Pręſcitus tñ uellet oppoſitũ. Dãnatio nõ eſt bona dãnato, uti nec ictus manui. Ob hoc dicit Dñs de Iuda. Bonũ erat ei ſi nõ eẽt nat⁹. Mat. xxvi. XX. Nõ p̄mittit de⁹ malũ in uniuerſo, q̃n ex illo ꝓueniat bonũ aliq̃d. pcã maloꝝ hoĩum, bonoꝝ hoĩum augẽt merita, dũ mali bo nos ĩpugnãt. Iõ Aug. dicit. Mal⁹ aut iõ uiuit, ut corrigat̃ aut p eũ bon⁹ exerceat̃, & dñs. inq̃t. Neceſſe ẽ. ſ. p̄deſtina tis ut ueniãt ſcãdala, uerũtñ ueh hoĩ illi, p quẽ utile ſcãda lũ uenit. i. pcm̃ fit, itẽ bõa maloꝝ cedũt ĩ uolũtatẽ bonoꝝ hĩc xp̄s di, auferte ab eo Mnã, & date ei q̃ hȝ decẽ Mnas.

167

de uoluntate Dei. Omnia manifeſtata ſunt in. ii. libro.

Vigeſimaquinta, Deus dr̃ prior nr̃æ ſalutis cauſa, ex uocatione ſua, & ex ſcriptura uiatorem in Deum dirigẽte, homo uero ſuæ ꝑditionis prima eſt cauſa, ex auerſione, a uocatione diuina. Operꝝ uero nr̃orꝝ æque primo Deus, & nos ſumus concauſæ.

Pro quo, nota ad bonum opus ſemꝑ ꝑcedere uocationem Dei gratuitam. Sæpius enim miſericors Deus, cũ uiderit hominem bene uelle (eo tñ prius uocãte) occurrit ei, uti filio ꝓdigo, dirigit, & confortat, Inuoca (inquit ꝓpheta) me in die tribulationis, eruã te; & glorificabis me. Q nñq; cum uiderit nos intepuiſſe, adhortationes ad mouet interius ſalutares, ut reparemur, & reformemur in bono. In bono ꝑcedit gr̃a, in malo uero opus liberꝝ arbitrium. Primo hõ auerſionis eſt cã, & reſiſtens eſt oblatæ gr̃æ. ob hoc bonum opus Deo. Malum aũt nobis tribuendum eſt. Sic nãq; fecit Dñs hoiem rectum, ut boni ſcientia frueret̃, nec poſt pc̃m̃ amiſit Adã ſcientiã boni, & mali. Hinc Apl̃s dicit. Gentes nõ habentes legem ſcriptam in ſeipſis hñt legem naturę. Eſaias. xlii. c. inquit Surdi audite, & cæci intuimini ad uidẽdum. Quòd aũt cæcitas non naturæ, ſed uoluntati tribuenda ſit. Eo. cap. inquit. Educ foras ppl̃m cæcum, & oculos habentẽ, ſurdum & aures ei non ſunt. Math. xiii. cap. Videntes non uident, & audientes non audiunt, neq; intelligũt. Arguit Dñs Phariſeos Math. v. cap. & Lucę. xii. Quid ex uobis (inquit) non iudicatis, qđ iuſtum eſt? qđ non dixiſſet, niſi iudicio naturali nouiſſet eos diſcernere poſſe iter bonum & malum. Propterea nobis aſſiſtunt bonus, & malus angelus, & in noſtro eſt arbitrio cõſentire, cui uolue

ræ, & minus ꝓuidiſſet eccleſie ſuæ, q̃ ſinagoge, cui pſe-cit ſummũ ſacerdotẽ, ad quẽ pro dubiis diſſiniẽdis recur reret, ut habetur Deute. xvii. cap. quum aũt magis dile-xerit eccleſiã q̃ ſynagogã ei maiora bona largiendo, igit̃ eccleſia magis cadit, ſub prouidentia Dei, q̃ ſynagoga, quũ diuina ꝓuidẽtia ex amore ꝓcedat diuino. Cuilibet ẽt de ſuo capite liceret fingere placitã ſacræ ſcripturæ expoſitionẽ, & ſuo modo uiuere. Ideo Dñs Ieſus uerus Deus reliquit in terris uicariũ ſuũ, ad quẽ in dubiis re-currere ualeamus, quẽ ſui unici ouilis præfecit paſtorẽ, dicens. Paſce agnos meos. cuius paſtoris nõ poteſt defi cere fides, niſi forte per hæreſim deſinat eſſe paſtor, & eccleſiæ caput, quia Dñs pro Petro & ſucceſſoribus ora uit, ut non deficeret fides eorum.

Sunt enim pontifices Petræ, & firmiſſima & ſecũda-ria fundamẽta fidei, ſuper quæ fundata eſt eccleſiaſtica fides. Quibus in Petro dictũ eſt duc inaltum rethe, qa altæ fidei quęſtiones a papa ſunt declarandæ, & diffiniẽ dæ. Quo circa ſtandum eſt Romanæ eccleſiæ pontifici bus, in declarationibus & ſcripturarum expoſitionibus, quas uidelicet ipſi approbant, & qui ab illoꝝ determi-nationibus deuiant (uti tu Luther) hæretici ſunt.

¶ Breues annotationes de poteſtate Concilii, & poteſtate Petri ſuper cæteros Ap̃los & totam eccl̃iam. D. Raphaelis Comẽſis Canonici Regularis ſancti Auguſtini.

AN SIT CONSILIVM SVPRA papam, ita ut queat ei pſcribere leges. Et arguo ꝙ nõ. p̃io qa eccl̃ia uľis nõ hʒ iuridictionẽ ſu-

per papã de hæreſi diffamatũ, ergo nec cõſiliũ, qđ eſt cõgregatio q̃dã pticularis nõ includẽs oẽs Xp̃ianos reſpectu eccl'iæ uniuerſalis, quæ omnes includit Xp̃ianos.

Secũdo cõſiliũ põt in fide errare, etiã in cã hęreſis eſt inferius papa cõſiliũ, licet de hęreſi diffamato. Quia ſi in fide cõſiliũ erraret, ipſe de iure oẽs punire poſſet. Si dicis. Cõſiliũ gñale nõ pmitti à Xp̃o errare ex eius pmiſſione qñ dicit. Ego uobiſcũ ſum &c. Et oraui p te Petrę &c. Rñdet'. Eſto erraret cõſiliũ, & papa non erraret. Fides xp̃iana nõ deficeret, ſicut in paſſiõe i ſola uirgie fides remãſit. p3, Pãphuti⁹ toti cõſiſio reſiduo Niceno cõtradixit. d. xiii. c. Nicena. Ergo à fortiori papa cõtradicere p̃t.

Tertio cõſilium nullã habet authoritatẽ, niſi a papa, nec põt congregari legitime, niſi eius authoritate ergo non habet iuridictionem ſuper eum.

Ante ſol'onẽ argumentoꝝ. Nota ꝙ cõſilium eccleſiæ ita diffinit'. Cõſiliũ eſt cõgregatio ex omni ſtatu hierarchico cõuotata ab iis, quoꝝ intereſt tractare cõmuni intẽtione, de utilitate publica Xp̃iana. In qua diffinitione tangunt' q̃tuor cãæ, & primo cauſa materialis in ly, congregatio ex omni ſtatu hierarchico. Cauſa efficiẽs, in ly, à quibus incumbit. Cauſa formalis, in ly, cõmuni intentione. Et cã finalis. in ly, de cõmuni utilitate Xp̃iana.

Ex hac diffõne oñdit' cõſiliũ gñale rite cõgregatũ ul'e3 eccl'iam rep̃ſentare, & ſup papã ptãtẽ hr̃e ad puniendũ, & ei p̃ſcribẽdũ leges. Accipiendo ecciam l'excluſo papa & etiã eo incluſo, & ideo ſoluunt' argumẽta. primũ qdẽ, qa cõſilium nõ eſt congregatio particularis immo omnes Chtiſtianos includit, quorum aſſenſn á maiori parte explicito uel implicito conſilium congregatur.

& ita non poteſt tandem errare, & ſic negatur ꝙ eccl'ia uniuerſalis ſit inferior papa, & ꝙ non ſit conſilium cõgregatio uniuerſalis, & ꝙ non poſſit ex cauſa artiſſima congregari ſine papæ authoritate.

Reſpondeo ad ſecundũ obiectũ. Quód cõſilium uicem gerit uniuerſalis eccleſiæ. Ideo tenet papa de hæreſi diffamatus conſilio reſpondere. Vnde in Decretis. ii. q. vii. cap. nos, ſic legitur. Simachus papa in Romana ſynodo dignitate ſua ſpoliatus prius ſtatui priſtino reddi decernit, ut tunc ueniret ad cauſam, & ſi ita recte uideretur accuſantium ꝓpoſitionibus reſpõderet dignares uiſa eſt maximo numero ſacerdotum atq; meretur, effectum, & quum poſtmodum ordinaret quomodo eſſet accuſandus pręfatus papa ut cauſam diceret occurrebat, ſed ab æmulis impeditus. ergo in cauſa hęreſis conſilium generale eſt ſuper papã, & poteſt ei legem imponere. uide etiam cap. Sequens qui incipit. Si quis. Et ſi de ipſo nulla poſſet fieri inquiſitio, tota fides poſſet periclitari. Quomodo aliqui tenent ꝙ nedum cõſilium generale, ſed & pręlati catholici habent poteſtatem inquirendi de papa etiã mẽdaciter de hæreſi diffamato, licet non habeant iuridictionem ſuper ipſum, ſicut aliquis poteſt citare aliũ cuius tñ non eſt iudex, & hoc probant ex facto, pluriũ Epõꝝ, qui inquiſitionem fecerunt de beato Martelino qui uidebat actum ydolatriæ cõmiſſe, qa hoc notoriũ non errat apud Epõs, & ſi inuentus fuiſſet hæreticus, de eoꝝ iuridictione eſſet effectus, quia non tunc fuiſſet paſtor, ſed ouis, ideſt ſubditus.

Quód aũt conſilium poſſit exauctorare papam patet decem rationibus.

Prima

Prima eſt ſumpta à Mathæo euangeliſta cap.xix. Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum iter te & illum ſolū. ſi te audierit lucratus eris fratrē tuum. Si non adhibe duos uel tres teſtes, ſi non audierit, dic eccleſiæ, ſed Romanus Pontifex eſt frater, dicens cū aliis. Pater noſter qui es in cœlis, & eſt circundatus infirmitate, nec eſt confirmatus in bono. Alioquin eſſet deterioris condictionis q̄ alii, ſi non poſſet corrigi, ergo conſiliū poteſt pro demeritis exauthorare papā, & ei leges pręſcribere obligatorias.

Sed dicet aliquis, ꝙ poſſit corrigi in ſecreto, & nō in foro exteriori, uel cum uno teſte. Reſpondeo ꝙ Chriſtus dedit poteſtatem corrigendi fratrem multis pręlatis quum ſubinfert. Quæcunq; ligaueritis ſuper terram erunt ligata, & in cœlis. Iudicium autem ꝙ fit a pluribus in foro exteriori fit & non interiori, in quo nullus deffert peccatum alterius. ſi poteſt cōfiteri ſine propallatione peccati alterius.

Secunda ratio eſt hæc. Chriſtus dedit claues Petro propter eccleſiam, ergo eas magis dedit eccleſiæ uniuerſali, quę à conſilio generali repræſentatur, quia teſte philoſopho. Primo poteſt, propter ꝙ unum ꝙq; tale & illud magis. Idem aſſerit beatus Auguſtinus illud Seruatoris interpretans dictum. Quæcūq; ligaueritis &c. dicens, quod quum Petrus claues accepit, etiam tota eccleſia accepit.

Tertia ratio eſt, quia ut tenet & probat late Vulielmus Anglicus, nedum à ſummo Pontifice ſed à Pontifice cum particulari eccleſia poteſt appellari ad conſiliū generale, & ſententia pontificis cum eccleſia particula-

lari lata, poteſt annulari à conſilio ergo conſilium eſt ſu pra papam; hoc patet per Beatum Auguſtinum in Epi ſtola ad gloriam Eleuſinum Epiſtola centeſima ſexageſima ubi loquitur de deſpoſitione Cæliani Epiſcopi Carthaginenſis ab Epiſcopis Affricanis iniuſtæ facta. Qui uidentes orbem communicare cum Cæliano & non cũ illo, quem inſtituerant, ægerunt cauſam cum Melchia de ſummo Pontifice, ut ſententiam eorum approbaret, quod & fecit cum aliquibus prælatis. Dicit autem beatus Auguſtinus, ꝙ hii iudices, qui erant Romæ cũ Melchia de papa non erant boni iudices, ſed quod pertinebat hoc confirmare ad conſilium generale. Item Auguſtinus Sermone.xv.de Apoſtolis Petro & Paulo dicit, ꝙ, quum Chriſtus inquit Petro tibi dabo claues, dedit claues, unitati, ideſt uniuerſali eccleſiæ in generali conſilio repreſentate. Item in quæſtionibus noui & ueteris teſtamẽti.q.lxxviii.dicit has autem claues non unus homo, ſed unitas accepit eccleſiæ.

Quarta ratio eſt, quia conſilium diffinit nomine eccleſiæ & non nominæ papæ & hoc exemplatum eſt ex Actibus Apoſtolorum cap.xv.ex quo capite conſiliorũ fundamẽta ſumpta ſunt in eccleſia. Nã dicẽtibus aliquibus debere ſeruari legalia. Iacobus Epiſcopus Hieroſolimorum in præſentia Petri nomine conſilii oppoſitum conſuluit generalis. Item Actuum primo ſtatuerunt duos Ioſeph, q uocabatᷣ Barnabas, & Mathiã & cap.v. habetur de electione Stephani ab Apoſtolis facta.

Quinta ratio eſt, quia papa poteſt deponi à conſilio pro delicto & publico ſcandalo. Nam ſicut ligaretᷣ qs ſi rabibus ſua membra laceraret cur non papa ſcandulo

ſus ſi membra Chriſti diſſiparet ? Item ſi eſt hæreticus xl. diſtin. ſi papa & ſi eccleſiam ſcandalizat incorrigibiliter & contumaciter, quoniã contumatia & ſimonia ſunt hæreſes interpretatiue, tenetur autem incorrigibilis nedum qui non poteſt corrigi, ſed etiam is qui probabiliter cognoſcitur nole corrigi.

Notandum tamen ꝙ ante depoſitionem papæ hæretici, actus eius hierarchici ſunt Rati, quia licet non ſit uti membrum unitum eccleſiæ in fide. eſt tamen unitus in caractere baptiſmali.

Sexta ratio Chriſtus reliquit in eccleſia optimã politiam regalem uidelicet, quæ habet unum caput, ꝙ ſi caput laboraret ad deſtructionẽ ſui corporis. Poſſet reliquum corpus ei imponere cauterium, primo humiliter eum mouendo procedẽdo ſm ordinẽ euangelii, ſed ſi ſit incorrigibilis, á papatu exuatur, plura enim uídent oculi, q̃ oculus.

Septima rõ eſt, ꝙ quilibet debet ſequi illũ modũ qui eſt cõformior lumini naturali niſi de oppoſito doceat̃ ꝑ legẽ Dei, ſed cõformius eſt lumini naturali ut caput incorrigibile ab authoritate ſua exuatur, quo cæteri timorem habeant.

Octaua ratio eſt, quia hoc modo reformari põt eccleſia, & oppoſito modo nunq̃ reformabitur.

Nona rõ eſt, q̃a ita diffinitũ eſt in cõſilio Cõſtantienſi, ꝙ. ſ. conſilium generale habet authoritatem à Deo.

Decima rõ eſt, q̃a oſtẽdit Xp̃us ſe plenitudinẽ ptãtis dediſſe eccl̃iæ quũ Ioan. ultimo dixit. Ego uobiſcũ ſum uſq; ad cõſumationẽ ſæculi. Si plenitudo ptãtis eſſet tm̃ in papa, poteſtas eccleſię eſſet corruptibilis & mortalis

Eſt tamen notatu dignum ex dicto Chriſti Ioãnis.x. habeo alias oues quę non ſunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere ut fiat unũ ouile & unus paſtor. ꝙ ſummus pontifex eſt regulariter & communiter caput totius eccleſiæ & curam eius habet. In caſu tamen particulari conſilium totam eccleſiam repreſentans eſt ſuper eum. exemplum. Rex Franciſcus gallorum eſt ſuper totam galliam, hoc tamen non obſtante, tota Francia eſt ſuper ipſum ita ut ex cauſa rationabili ardua tamen, poſſet etiam auferre regnum, ita papa eſt ſuper totã eccleſiam & ei præeſt toti regulariter, tota tamẽ eccleſia à cõſilio repræſentata potentialiter eſt ſupra papam, & actualiter ex rationabili cauſa multo plures rationes facit Ochan. uide in prima parte Dialogorum libro ſexto per multa capita.

DE POTE. PAPA. SVPER TEMP. XIX

TRACTATVS RAPHAELIS COmenſis, de poteſtate Papæ in temporalibus bonis ex cauſa legitima.

QVAERITVR SI PAPA HAbet plenam poteſtatem ſuper temporalia ubi cauſa ſubeſt rationabilis? Abſq; argumentis. Reſpōdet ꝙ ſic, ex illo Seruatoris dicto. Quodcūq; ligaueris ſup terram &c. i. nedum ligaueris ſuper animas, ſed etiam ſup perſonas & res, uti ſoluendo debitorem, aut ligando creditorem, ne ſibi incūbat actio. Vnde ex cauſa poteſt poſſeſſionem unius in dominū transfere alterius, & pōt ſoluere emptorem ne obligetur ad reſtitutionē. patet. xxii. diſtin. cap. Omnes. Qui fundauit cœlum & terram beato Clauigero eius cœleſtis ſimul & terreni iura cōceſſit. de tranſlatione Epiſcopi cap. iiii. Romanus Pōtifex nō ſolum puri hominis ſed ueri Dei uicem gerit in terra, & diuina authoritate fulcitur, ſed Deus dicit̄ plenū de terrenis habere dominiū. patet Domini eſt terra & plenitudo eius. Et hoc ꝓbat Ioānes Bachonius in ꝓlogo. iiii. ſniaꝝ. cuius ferè ſunt omnia hic ſcripta breuiter collecta rōne ordinis ſcripturæ. Quia lex dignior, prior, fortior trahit ad ſuam iuriſdictionem legem inferiorē, ſed papa pręeſt legi diuinę in qua interpretari poteſt, uti in ſcripto noſtro dixi facto ſuper matrimonio regis Angeloꝝ. ergo à fortiori pręeſt legibus humanis niſi ſint principia ex terminis immediata & euidentia aut concluſiones ex illis principiis immediate deducte.

Secundo ratione ſubiecti papa habet iuridictionem

ſuper animas nedum á culpis miniſterialiter abſoluēdi, ſed etiam à pęnis de theſauro eccleſiæ. ergo á fortiori habet poteſtatem ſuper res terrenas, & dominia terrena; quoniam omnia terrena accedunt animæ, & qui dat maius dat & minus, & qui habet ruſticum habet & bouē.

Tertio Chriſtus authoritatem ſuam ſpiritualē & ciuilem tribuit Petro, quarum utranq; Chriſtus habuiſſe & habere oſtenditur, primo quia iudicauit in cauſa ſanguinis, & conſequēter in materia criminali, primo quū dixit Petro conuerte gladium tuum in uaginam. Nō nę poſſum rogare patrem &c. i. quādo poteſt haberi recurſus ad maiorem. Secundo quando liberauit adulteram deprehenſam in adulterio. Secundo in cauſa ciuili & eccleſiaſtica quando inter Herodianos & Phariſeos cauſam diffiniuit dicens. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari & quæ ſunt Dei Deo. Itē poteſt imperare regibus pro pace & bello eo q̧ Chriſtus ei totum populum Chriſtianū ſubegit Ioānis uigeſimoprimo cap. Paſce agnos meos uel oues meas. Reges ſunt pars populi Chriſtiani. Item Ioannis decimo dicit, q̧ oues paſtorem ſequūtur ergo ſi Reges uere Chriſtiani ſunt papæ obſequuntur. Item Mathæi ultimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Item tertia diſtin. Imperator iurat obedientiā papę ergo à fortiori cæteri principes, & ſubſunt. unde de papa dici pōt illud p̄s. Ponam eum excelſum prę Regibus terræ & illud, & adorobūt eū oēs reges terræ. Vnde ꝓpter delicta pōt deponere Imperatorē & reges. Zacharias papa regē Francię depoſuit & milites ab eius iuramēto abſoluit & Pipinū Caroli Regē fecit. c. alius. xv. q. vi. Innocērius papa Archadiū Imperatorem excōmunicauit. Quare &c.

DE POT. PAPAE. SVPER TEMP. XX

RAPHAELIS COMENSIS. TRActatus ꝙ Petrus conſtitutus eſt caput Eccleſiæ.

QVERITVR, SI PETRVS à Xp̄o cōſtitutus eſt caput eccl'ię, & ur, quia ꝙ non fuit ſnperior reliquis Ap̄lis, patet, primo, Lucę.xii.cap. Dixit Chriſtus in cœna oibꝰ Ap̄lis peracta cōſecratione corporis ſui. Hoc facite in meā cōmemorationē hoc enim æquæ omnibus Apoſtolis dixit, ut inquit ochan.

Secūdo ꝓbatꝰ, qa Ioā.x.cap. æquæ oībus Ap̄lis dixit. Accipite ſpiritum ſanctum quoꝝ remiſeritis peccata &c. Item æquæ omnibus dixit ſicut miſſit me pater, & ego mitto uos.

Tertio ꝓbatꝰ per dictū Pauli Ap̄li ad Galath. iii.ca. Mihi quidem qui uidebantur aliquid eſſe nihil mihi cōtulerunt, & creditum eſt mihi euangelium præputii. ſicut & Petro Circunciſionis, qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatu, operatus eſt & mihi inter gentes, & cum cognouiſſent gratiam, quę data eſt mihi. Iacobus & Cæphas & Ioannes qui uidebantur columnę eſſe, dexteras dederunt mihi ſocietatis. ergo Paulus non accepit officium prędicationis à Petro, & eo nō fuit inferior & eodē cap. Notū facio euangeliū euāgelizatū à me quia non per hominē, aut ab homine dedici illud ſed per reuelationem domini noſtri Ieſu Chriſti.

Quarto probatur, quia Actuum quintodecimo Petrus nihil uoluit determinare de Circunciſione inducenda, niſi cum aſſenſu aliorum, uide hæc late in

Ochan lib.iiii.primi tractat⁹ tertiæ partis in multis cap. Item quinto ꝓbatur, quia uidet̃ Paulus cõtuliſſe Petro, non econuerſo. Nam ad Galath.ii.cap. contuli cum eis euangelium.ſ.tanq̃ cum amicis.

Item ſexto ꝓbat̃, dum dicit ſe in faciem reſtitiſſe Petro, quia in præſentia Iudæoꝝ iudaizabat cum ſcandalo Gentiliũ, qđ quidẽ nõ feciſſet (ut dicit Hieronymus) niſi nouiſſet ſe Petro nõ imparem eſſe. ergo fuit Paulus par Petro officio, & dignitate. licet Petrus eſſet ſenior, & prius conſtitutus Paſtor.

Septimo ꝓbat̃, quia Petrus fuit electus per Apl̃os Epiſcopus Anthiochiæ, & alii præfuerũt aliis eccleſiis abſq; conſecratione & confirmatione Petri, & abſq; eius ſcientia, & ideo aliqui dicũt, ꝙ papa hẽt hãc dignitatẽ cõſecrandi & confirmãdi alios Epiſcopos á Conſtantino, & ꝙ eó tm̃ dicit̃ Apl̃oꝝ princeps, quia ſenior, uel quia fuit primus in confeſſione Chriſti, uel cæteris feruẽtior in amore Ieſu Chriſti, ideo alii differebant in cõſiliis, ita ꝙ inter Apl̃os alter altero nõ fuit dignior, aut ſuperior, iuxta Seruatoris dictũ. Vos aũt nolite uocari Rabi. & Principes gentiũ dominant̃ eoꝝ, & qui maiores ſunt benefici uocant̃ uos aũt nõ ſic ſed, qui uoluerit maior eſſe inter uos, erit miniſter ueſter.

Iſtæ rationes ſolum probat ꝙ alii Apl̃i à Petro fuerunt exempti á iuriſdictione Petri in prædicãdo, ligãdo, & ſoluẽdo, & cõſecrando qui ſi in officiis ſuis á Chriſto cõmiſſis male ſe egiſſent fuiſſent ſubiecti correctioni Petri. Nam exempti ratione delicti, ſortiuntur forum.

Quod Petrus ſuperior ſit, & caput ſit conſtitutus totius eccleſiæ ꝓbat̃ duodecim rationibus, quarũ prima

eſt.ex mutatione nominis,quæ mutatio dignitatẽ ſignifi cat,ut patet in mutationibus nominũ Abrahæ, Saray, Iſrael,in primis duobus.ſ.Abrahę & Saray mutatio nominum oſtẽdit ſterilitatẽ fuiſſe mutatã in fœcunditatẽ, & Iacob uocatus eſt Iſrael luctando cum angelo dominum repreſentãte fortiter,ſic Xp̃s Simoni impoſuit nomen Petrus ex fidei cõfeſſione, & filiis Zebedey.ſ.Iacobo & Ioãni bonarges,ideſt filios uocauit Tonitrui. Hii Zebedei filii Chriſto fuerũt familiationes Xp̃o ut oſtẽſum eſt in Chriſti trãſfiguratione & in orto. Dictus eſt aũt Petrus à petra ſiue à ſaxo,ſuper quo firma ſtabiliuntur fundamẽta,qm̃ ſuper fide qua confeſſus eſt Xp̃m eſſe Deũ,& hoĩem Dei.filiũ firmat᷑ etiã fides totius eccleſiæ.Hinc quum dixiſſet.Tu es Chriſtus filius Dei uiui. Reſpõdit Dñs.& ego dico tibi quia tu es Petrus & ſup hanc petrã.i.ſuper me,qui ſum petra,de qua Paulus inquit.Bibebant de ſpirituali cõſequente eos petra, petra aũt erat Chriſtus,uel ſuper hanc petrã.i.fidẽ, qua me filium Dei uiui cõfeſſus & ædificabo cõgregationẽ fidelium meoꝝ,& portæ inferni.i.diaboli hæreticoꝝ, & tyrãnorũ infideliũ potẽtiæ,quibus tanq̃ per portas multi in damnationẽ prolabunt᷑,nõ præualebũt aduerſus eũ, quia fidẽ Xp̃ianã nõ potuerunt euertere,aut anichilare, unde de hac firma fide dixit in paſſiõe Petro.Oraui pro te Petre ut nõ deficiat fides tua.ſ.in Xpianis in tua fide fundatis.i.ſimili qua me es confeſſus.Item in iſtis uerbis oſtendit,ꝙ ei cõmittende eſſent uices ſuæ.

Secũda ratio ex qua primatus Petri ſumit᷑ eſt, quia beatus Andreas fuit tẽpore prior.ſ.ætate & prius uocatus ad Chriſti diſcipulatũ, & per Andream uenit Simõ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ad Chriſtum dicente ei Andrea. Inuenimus meſſiã qui dicitur Chriſtus, & tamen Mathęi decimo cap. in recenſendis, nominibus Apoſtolorum, Petrus uti Apoſtolorum uertex primus nominatur.

Tertia ratio eſt, quia Petrus ſolus confeſſus eſt dicens. Tu es Chriſtus filius Dei uiui, & Mathæi ſextodecimo cap. Simoni dictum eſt. Beatus es Simon bariona, quia caro & ſanguis. i. lumen naturale non reuelauit tibi, ideſt manifeſtauit, ſed pater meus, qui eſt in cœlis. Soli etiã Petro dixit Dominus, tibi dabo claues regni cœlorum, ideſt eccleſiæ, quæ iam fide, & ſpe in cœlis regnat, & beatur, licet non in re, & quæcũq; ligaueris ſuper terram erunt ligata in cœlis, & nota ſoli Petro promiſſam eſſe ſolutionem in cœlis. Aliis uero Apoſtolis promiſſa eſt ſolutio in cœlo, quum dixit omnibus, Quęcũq; ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlo. In his dictis in cœlis & in cœlo uoluit diſtinguere poteſtatem uniuerſalem Petri à limitata poteſtate cæterorum in utroq; foro. Nam poteſtas iuridictionis in cæteris Apoſtolis, & in ſucceſſoribus Apoſtolorum eſt limitata, & deriuata, & in petro & ſucceſſoribus eius in quolibet foro eſt abſoluta, ut tenet Auguſtin⁹ anchonitanus.

Quarta ratione, oſtenditur excellentia Petri ſupra cæteros in ſoluendo didragmate pro ſe & pro Petro, quod quidem didragma tunc temporis exactoribus imperatoriis ſoluebant tantũmodo familiarum, & domorum capita, ideo ex tali ſolutione oſtendit Dominus Petrum ſibi eſſe aliquomodo parem in regimine Eccleſiæ, unde ut habetur Mathęi. xvii. cap. Dixit Dominus Petro. uade ad mare & mitte hamum, & eum piſcem, qui

[library stamp]

primus aſcenderit tolle,& aperto oræ inuenies ſtaterē. illũ ſũmes,& da eis pro me,& pro te.ſtater erat nũmus, ualens duo didragmata. Subinde Apoſtoli hoc intendentes Petrum,ſcilicet in facto illo eſſe effectum uicarium eius,mox acceſſerunt ad Ieſum dicētes. Quis putas maior in eccleſia eſt futurus? quæ ſignificat̃ p regnũ cœlorũ,ipſe autem ad humilitatem eos reduxit ſtatuendo paruulum humilem in medio eorum,ut habet̃ Mathei.xviii.cuius contentionis,Lucas.xxii.meminit quãdo dicit conuerſum Dominum ad Petrum dixiſſe. Ecce Sathanas expetiuit nos,ut cribraret uos ſicut triticum. ego autem rogaui pro te,ut non deficiat fides tua,& tu aliquando conuerſus,ſcilicet poſt negationem, qua me negaturus es,cõfirma fratres tuos. Super hoc dixit Auguſtinus.Chriſtum pro ſolo Petro oraſſe, quoniã in eo continebantur alii Apoſtoli,etiam ad illum, uti ad principem pertinuit confirmare fratres,ne in bello ſpirituali deficerent,& temporali.

Quinta ratio eſt,quia inter Apoſtolos Chriſtus ſuſcitatus á mortuis,prius beato apparuit Petro,& ad ipſum peculiariter miſſit angelus mulieres dicens. Dicite diſcipulis eius & Petro quia ſurrexit Dominus. Itē primus in monumētum intrauit, ac ſi eſſet primus ſucceſſurus in locum Chriſti,& Ioannis ultimo habetur, Dominum interrogaſſe Petrum,ſi plus eum cæteris diligeret Apoſtolis,cui,quum reſpondiſſet,tu ſcis Domine,quia amo te.præcepit ei dominus paſce in rege agnos meos. Item Petro ſpetiatim dixit ſequere me. Ioannis ultimo &cætera.

Sexta ratio.in die Penthecoſtes quum ęſtimarentur

ebrii lingnis omniũ loquentes Apoſtoli Petrus pro omnibus reſpõdit non enim ſicut æſtimatis hii ebrii ſunt, & eo die prædicatione ſua tria millia hominũ cõuertit, ac ſi fuiſſet in Petro maior authoritas, q̃ in cæteris Apl'is. Ad pedes quoq; Petri Anamas & Saphyra ei mentientes mortui ſunt. Creuerat etiam adeo eius authoritas ut uel ad eius umbram curarentur iufirmi. Et licet alii Apoſtoli ſanarent non tamen in tanta copia & in quolibet infirmitatum genere.

Septima ratio Actuũ.xv. in uiſione Petro oſtenſa ſolus Petrus edoctus fuit, gentiles à Chriſto uocari, nec ullos cibos à lege uetitos Moyſi, in lege euangelica debere repudiari, & illi dictum eſt, ſurge Petre occide & mãduca, erat enim lintheũ de cœlo emiſſum plenum quatrupedibus & uolatilibus, quæ lege Moſis erant prohibita, & quum diceret Petrus, abſit Dñe, quia nunq̃ mãducaui immundũ, reſpõſum eſt ei, qđ deus ſanctificauit, tu ne cõmune dixeris, & imperauit Petro ut Corneliũ baptizaret in quo clare oſtẽditur Petrum eſſe Apl'orum & totius eccleſiæ caput, quo uidelicet ad iuridictionẽ regiminis, nõ corporis eccleſiæ, quo ad influxũ uitæ ſpũalis qa Xp̃s eſt ita caput quo ad influxũ grãæ ſpũs in mẽbra ſua cui peculiarirer p̃cipitur recipe gẽtes ad penitẽtiã.

Octaua ratio. quũ orta eſſet contẽtio Actuũ.xv. iter fideles an à gentilibus cõuerſis eſſent legalia obſeruanda celebrata eſt ſynodus in qua Petrus diffiniuit hoc iugum non eſſe imponendũ illis, quod nec ipſi nec patres portare potuerunt cuius ſententię Paulus Barnabas & Iacobus ſubſcripſerunt, nec alii diſcenſerunt.

Nona ratio ſumitur ex hoc q̀ Paulus ait ſe Hieroſo-

limam ueniſſe ut uideret Petrum nō diſcedendi gratia, quia eandem habebat prædicandi authoritatē à Chriſto ſed gratia deferendi Petro, ut inquit Ambroſius.

Decima ratio ſumitur ex hoc, ꝙ Dn̄s Ieſus uocat Petrum, petram, uel ſaxum ſuper ꝙ poſita eſt ordinatiſſima ſtructura Sanctoꝝ Martyrū, Cōfeſſoꝝ, Virginū & Cōiugatorū. Petri prima. cap. ii. ait ipſe ad ædificatos. Et ipſi tanq̄ lapides uiui ſuper ædificamini domos ſpirituales. Notes tn̄ Chriſtū dici petrā uti primū fundamentū de quo Apl̄s prima Corin. iii. fundamentū nemo aliud poteſt ponere præter id, quod poſitū eſt. Chriſtus Ieſus Petrus aūt dicit̃ fundamentū in fundamento Chriſto, quia ſicut cōmunicatum eſt nomē petre ipſi Simoni Petro, ita illi cōmunicatū eſt nomen fundamenti. reliqui Apoſtoli dicunt̃ fundamēta Hieruſalem, uti magis remota, & minus immediata, ideo Apl̄us appellat Epheſios ædificatos ſupra fundamentū Aploꝝ & Prophetarum, quod pōt intelligi duobus modis uel ſup̄ Xp̄m, qui eſt fundamentū Apoſtoloꝝ & Prophetaꝝ, uel intranſitiue intelligit̃. ſ. ſupra fundamētum qđ eſt Apoſtoli, & Prophete, & illoꝝ doctrina. In fundamento aūt primo, quod eſt Chriſtus omnis ædificatio. i. omnis ædificatus cōſtructa creſcit in tēplum ſanctū in Dn̄o. eccleſia igit̃ primo ſuper Chriſtū, & ſecūdo ſuper Petrū fundata eſt, & portæ inferi nō p̄ualebunt aduerſus eam, quia ſnper fundatus es dum confeſſus es, tu es Chriſtus filius dei uiui, nec demones, nec tormenta, nec hæretici extinguent fidem.

Vndecima ratio ſumit̃ ex pſalmo. Dicente Moſes & Aron in ſacerdotibus eius & Exodi. xxviii. ubi habetur

Aron in ſacerdotibus eius,& Exodi.xxviii.ubi hētur q̃ pcepit Dñs Moyſi, ut cõſtitueret Aron & filios eius ſacerdotes,& ut faceret ueſtē Aron pulchrã,& glorioſam Secũdo pcepit, ut faceret ueſtes filiis ei⁹. In uerbis prophetæ oſtēdit' Moyſem fuiſſe ſacerdotē,&nõ legitur in ſcriptura à quo ſit factus ſacerdos ideo tenet' q̃ factus ſit ſacerdos à Deo tm̃. Aron autem factus eſt ſacerdos à Moyſe & alii ſacerdotes ab Arone,in quo facto ſignificauit lex uetus, quæ fuit umbra nouæ, q̃ Chriſtus fuit ſacerdos ſm ordinē Melchyſedech, factus à Deo patre. Petrus uero & eius ſucceſſores ſunt facti Sacerdotes à Chriſto ſup alios ſacerdotes. Itē Moſes in his quæ ptinebant ad Deũ ſuperior erat ipſo Aron , & cũ Deo loquebat', ſic Chriſtus fuit ſimplr ſummus ſacerdos. Incõparatione uero alioꝝ Petrus,& eius ſucceſſores ſunt ſũmi ſacerdotes.& Petrus Cephas caput uel petra princeps & eccleſiæ fundamentum dicit.

Duodecima ratio, optimo regimini cõgruit ut ubi poſſunt multa diſidia exurgere, cõſtituatur caput, q̃ poſſit illa extinguere unde Deute. xvii.cap. dicit', q̃ ſi qd difficile & ambiguũ eſſet iudiciũ inter leprã & leprã, ſanguinem & ſanguinē.cauſam & cauſam , eſſet recurrendum ad eum, qui pro illo tēpore eſſet ſacerdos,& inobediens ſacerdoti morte plecteretur ſic debet fieri in eccleſia ſinagoge filia,& ab ea exēplata. quare &c. Hæc, quæ in his tribus quæſtiũculis dicta ſunt, collecta ſunt breuiſſime ex Gulielmo Ochan. Auguſtino de Anchona. Ioãne bachone. Agdictonenſe,& Roffenſe, Chãtabrigēſe Epiſcopo quæ, ſummatim decerpſi ut tedium auferrem legentibus.

DOMNI RAPHAELIS COMENSIS Canonici Lateranenſis Regularis Sancti Augu‑ſtini. Annotationes breuiſſimæ de Purgato‑rio & de ſuffragiis mortuorum.

HAERETICI SEX MOTIVIS Purgatoriũ exiſtere negant uti Valdenſes, & Boemi multiq; hac noſtra tẽpeſtate indeuoti, Eccleſiaſticorum inimici, ac ad pauperes immiſericordes & tenaces. primo q̃dẽ, q̃a moriẽs decedit cũ mortali tm̃. aut cũ mortali & ueniali, aut ſine utroq;, aut cũ ueniali tm̃, aut cũ originali tm̃, ſi duobus primis modis, dãnat̃, ſaltim pro mortali, aliq dicũt, q̄ etiã pro ueniali iũcto mortali, q̃a poſt mortẽ in inferno ſtat ſempiterna cõplacẽtia peccati, & cõſequẽter nulla põt inferno fieri ſatisfacio. ſi tertio modo, quũ nullũ hẽat ĩpedimẽtũ, euolat in cœlũ, ſi quarto mõ ur̃ ex teſtũ Gregorii papæ debere nõ ſaluari, q̃a dicit. Qualis quiſq; hinc egredit̃, talis in iudicio apparebit, etiã cũ peccato ueniali, q̃a ut hẽtur Apoc. xxi. Non intrabit in illam aliquid coinquinatũ, ſiue abhominationẽ faciens. ſi cũ originali tm̃, morit̃, in limbũ deſcẽdit, & ita purgatorium uidetur, non eſſe.

Secunda rõ talis eſt. ſicut boni in charitate exiſtentes peccãt uenial̃r, quę uenialia nõ ſunt digna inferno, & mali faciũt bona opa, nõ digna gl̃ia, ergo ſicut bona opa nõ p̄miant̃ poſt mortẽ in malis, ita mala opa nõ puniunt̃ in bonis poſt mortẽ, & ita nõ eſt purgatoriũ bonorum ĩ futura uita. Tertia eſt hæc. ſicut in mortali moriẽtes, mox damnantur, ergo á pari in charitate morientes, mox

ſaluantur,& beantur,quum ſit Deus prouior ad miſerē dum, quàm ad iudicandum, & ita nullum erit prō iuſtis purgatorium.

Quarta ſicut non eſt orandum pro peccantibus ad mortem,ut habetur Ioannis.v.quia poſt mortem non corriguntur,ſi in uita non ſunt correcti, & ita damnantur ita perſeuerantes in chriſto uſq; ad mortem incluſiue,mox beantur.patet Apoca.xiiii.Beati mortui qui in domino moriuntur.Amō.iam dicit Spūs ut requieſcāt à laboribus ſuis.ſi autem in grauiſſimam penā purgatorii deſcenderent,nullo modo,requieſcerent.ergo, nō eſt purgatorium.

Quinta eſt talis.ſi magna huius uitæ contritione,nedum culpa,ſed etiā pęna debita remittitur,á fortiori,ex maxima contritione animarū in purgatorio,mox remittetur,cum anima,exuta corpore expeditius exequatur opera intellectus,& uoluntatis,ac charitatis in pręſenti uita corpus,quod corrūpitur,agrauat animam, & ita non indigebunt animæ ſuffragiis,aliorum,aut indulgentiis.ideo uidetur non eſſe purgatorium.

Sexta Chriſtus ſatisfecit pro peccatis noſtris, & nō tm̄ pro noſtris,ſed pro peccatis totius mundi,ut inquit. Beatus Ioā.Euāgeliſta igit̄ non tenemur ſatisfacere in purgatorio.

In oppoſitum eſt authoritas, & conſuetudo eccleſiæ, quæ habet,ſpiritum ſanctum, nec permittit eam Deus errare in fide.Dicente Domine.Oraui pro te Petre &c. & uſq; modo erraſſet, & nunc ſolummodo agnoſceret ueritatem, in hoc intermedio tempore defeciſſet fides eius, & eccleſiam dereliquiſſet Chriſtus,cōtra illud.ego

uobiſcū

uobiſcum ſum uſq; ad conſumationē ſæculi, & licet qui libet Xp̄ianus ex authoritate tantum eccleſiæ deberet ſatisfieri, nihilominus etiam rationibus ſcripturarumq; elloquiis, ac reuelationibus, purgatorium eſſe probabimus, licet hoc nomen purgatorium in ſcripturis nō reperiatur, & purgatorium ita eſſe probatur.

Primo ſic, accipiantur duo iuſti, quorum unus nunq̄ fuit in peccato mortali lapſus, ſed tm̄ in ueniali, alter uero in pluribus mortalibus ſit inuolutus in uita. eſto, moriantur ambo ſimul in æqua contritione remiſſa tūc petitur an ambo pariter eodem tempore aſcendant in cœlum uel non, ſi ſic, ſequitur, ꝙ tantum fides ſola cū æqua contritione, quantum fides cum operibus uirtuoſis, & æqua contrictione, qđ ualeat uidet̃ non eſſe conſonū iuſtitiæ Dei diſtributiuæ, quæ reddit unicuiq; ſm̄ opa ſua & contra diſtinctionem graduum beatitudinis. Sed dicet aliquis, ꝙ uel unus ante aliū ingreditur paradiſum, uel quod unus maiori beatitudine potitur. At primū nō poteſt dici, ꝙ qui poſt cœlū ingreditur, neceſſe eſt ut uel inferno recipiatur, uel in alio loco huiuſmōdi, ſed ꝙ in infernum non deſcēdat patet ex dicto beati Ioā. v. cap. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei, qui miſſit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, ſed tranſiet de morte ad uitam, ſi autē nō deſcēdit in infernū, ſed ſtet in aliquo loco huiuſmōdi, quia impurus non poteſt cœlum intrare, tunc aut ſtabit ſemper in illo ſtatu impuro, aut purgabitur ut poſſit intrare cœlum. prmum non concedendum eſt, ergo ſecūdcm, & conſequenter purgatorium erit.

Dicerent forte importuni cauillatores id, quod dice

bat Ioãnes [redacted].hæreticus de omnibus animabus bonis,ꝙ ſtabant in atrio uſq; ad diem iudicii. Iſti de ſolis animabus,quæ non ſatisfecerunt pęnis debitis pro peccatis,quia tardant᷑ à conſecutione beatitudinis uſq; ad certum tempus,ſecundum quod plus uel minus exigunt illorum peccata.pro quibus ſatisfacere tenent᷑,ita ꝙ ſola retardatio licet non pœnalis ſit,illis pro purgatorio(uti aliqui ponunt purgatorium deſiderii tãtum pro illis qui habent minima peccata purganda)& ita ſoluerent argumentum,ꝙ non ſtant ſemper in ſtatu impuro, ſed hæc ſolutio ea facilitate contemnitur , qua probat᷑. non enim hoc firmare poſſunt ſcripturarũ ſentẽtiis, aut eccleſiæ authoritate,aut ſanctoꝝ reuelationibus,aut ex perimento.ideo in totum ſunt contemnendi, & ſanctio, eccleſiæ eſt ſuſcipiẽda de purgatorio,quæ omnibus prędictis modis ut poſt dicet᷑,firmat ſententiã ſuã. Alii dicerent,ꝙ q minus ſatisfecerũt minus beabũtur,qđ ſi uerum eſſet,pro pœna tẽporaliter debita æternal'r priuarent᷑ gradu beatitudinis & ita æternal'r punirent᷑,qđ eſt abſurdum,& indecẽs diuinę iuſtitiæ.

Secundo probatur,omne peccatũ aut à Deo,aut ab homine punitur,quoniam nullum malum reſtat impunitum,ſicut nec bonum irremuneratum,ſed frequenter aliqui in fine uitæ conuertũtur,qui de malis ſuis in præſenti uita non ſunt puniti.ſi ergo debent puniri,& non à Deo in inferno,quia amici Dei deceſſerunt,ergo in aliquo loco,quem ad placitum eccleſia purgatoriũ appellat.Item tolleretur pęnitentia,& peccatoꝝ emendatio, ſi æque poſt mortem in malitia perſeuerantes uſq; ad illam excluſiue,ita immediate glorificarentur,uti illi, qui

ſemper in ſancta uita perſtiterunt. quod ualde inconueniens eſt. multas alias rationes affirmant ſcolaſtici theologi, quas breuitatis cauſa relinquo.

Tertio is qui tantum ueniale ſoluendum habet, aut mortale, pœnitentia, qđ iã comutatũ eſt in obligationẽ ſoluende pęnę temporalis, nõ ſoluet eam in inferno, qui eſt locus inimicoꝝ Dei, non in paradiſo, in quo nil purgabile eſt, non in limbo pueroꝝ, quia ibi tm̃ ſunt habentes ſolum originale, nec in ſinu Abrahæ quia ille locus eſt euacuatus in deſcenſu Chriſti. ergo alius eſt locus ſatisfactionis, qui ad placitũ dicitur purgatoriũ. Quarto ultra authoritatẽ ſanctæ matris eccleſiæ, cuius authoritate etiã euangelici authores approbant̃, ſunt authoritates ſcripturæ. prima eſt in. ii. lib. Machabæoꝝ cap. xii. ubi habet̃, ꝙ uir fortiſſimus Iudas collactione facta. xii. millia dragmas argẽti miſit Hieroſolimã offerri ibi pro pctĩs mortuoꝝ, iuſte, & religioſe de reſurrectione cogitãs, ſed quia cõſiderabat ꝙ hii, qui cum pietate dormitionẽ acceperãt optimã hẽret repoſitã gr̃aꝫ, ſancta ergo ſalubriſq; cogitatio eſt orare pro mortuis, ut á peccatis ſoluant̃, & licet aliq dicãt librũ Machabeoꝝ nõ eſſe in canone Hebræoꝝ, ideo illi nõ eſſe credendũ, ideo dico illi eſſe credendũ, quia eſt iu canone Xp̃ianoꝝ, qa Gelaſius papa illũ librũ canonizauit. eſt autẽ maior authoritas eccleſiæ, q̃ ſinagogæ. Et Auguſtinus de ciui. Dei lib. xviii. c. xxxvi. ait libri Macha. quos nõ Iudæi ſed eccl'ia pro canonicis hẽt deíde tãta eſt authoritas eccl'ie, ut cõtẽtioſis dicat apl's in. i. ad Cori. Nos talẽ cõſuetudinẽ nõ hẽm⁹ nec eccl'ia dei. Hębreoꝝ quoq; articl'm eẽ qđ purgatori[illegible] claꝝ ẽ quũ teneãt eẽ locũ dãnatiõis ad tẽpus.

Item Actuũ.ii.cap.dicit Sanctus Petrus. Deũ patrẽ ſuſcitaſſe Dñm Ieſum ſolutis doloribus inferni.i.poſtq̃ ſoluit,& liberauit eos qui ſuſtinebant in inferno, & ſatis patet,quia dãnatos nõ liberauit,qui ſunt in igne æterno,nec pueros,qui in limbo pœnas nõ ſuſtinẽt, nec ſunt ſpiritaliter propagati ſacramentis, & fide. Nec ſanctos patres in ſinu Abrahæ,quia ibi pœnas non ſuſtinebant, ergo ſoluit pœnas illorum qui erant in inferno purgatorii.

Item Mathęi.xiiii.c.qui dixerit uerbũ in ſpiritũ ſctm̃ non remittet ei,nec in hoc ſæculo nec in futuro,ex quo oſtendit ꝙ quædã pœnæ peccatoꝶ remittunt in p̃ſenti mundo, & aliquę in purgatorio,ꝙ dicit alius mundus, ob diuerſitatẽ ſtatus.Nec ualet oſcitantia Lutheri,ꝙ ex negatiua non ſequit affirmatiua uti etiã fugiunt Boemi, & Valdenſes.Nam ex uſu loquendi dicere ſolemus peccatum aliquod non poſſe hic dimitti, aut Romæ,nec à Plebano,nec Ep̃o.ſupponim⁹ ꝙ utrobiq;,aut ab utroq; poſſit fieri remiſſio,ſi non eſſet hic modus loquẽdi, eſſet ineptus ualde,ac ſi diceret peccatum hoc non poteſt remitti nec ab æquo nec ab aſino, aut nec in inferno nec in uacuo extra cœlum,quum ergo Chriſtus ſit ſapientiſſimus, cuius omnia uerba miſteriis plena ſunt, non eſt credendum, ꝙ ſi tali Sermone uſus eſſet, quum dixit peccatum in ſpiritum ſanctum nec in hoc ſęculo nec in futuro eſſe remittendum,niſi eſſet locus in quo peccata remittuntur,quo ad pœnam poſt hanc uitam.Paulus quoq; prima ad Corinthios cap.tertio inquit.Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter, id quod poſitum eſt á me, quod eſt Chriſtus Ieſus.i.Chriſti fides,

quæ per dilectionem operatur & per quam Chriſtus habitat in cordibus. ſi quis igitur ſupra fundamētū hoc ſuper ædificat aurum, argentum, lapides pretioſos. i. ſi fidei quam habent iungāt opera perfectionis. ſ. bene uiuendo Deum honorādo, & patientes ſunt in tribulationibus, & toto ſpiritu anhelāt. Ad patriam, & omnia pauperibus dando, habentes contemplationē Dei, & proximi dilectionē, mercedem accipiet ſ'm ſuum laborē, non ſolum poſt finem, quando hoc ſumet unde cogitauit, ſed etiam in hac uita ubi habet requiē anima contēnentis omnia, nihil enim perdet, & qđ amauit, inueniet. Qui aut ſuperædificat ligna, fœnum, ſtipulam. i. aliqua opera uenialia. Vnius cuiuſq; opus manifeſtum erit in die, ſcilicet Domini qui intelligitur dies mortis unicuiuſq;, ideſt quilibet dignoſcet ex propria conſcientia facta ſua clare, & aperte, ſicut in die. Si cuius op' arſerit. i. cremabile erit, patietur detrimentum, quia, quod dilexit perdet, & pro eo quod dilexit hic, uel in futuro punieť, ſed quoniam alterutra conditione propoſita, eis potius malet carere quam Chriſto. Saluus quidem erit ipſe, quod ſic tamen erit, quaſi per ignem temporalis tribulationis, aut purgatoriæ in futuro, ita fertur omnes per gloſatores & ſic exponuntur, & quia aliqui in hac uita de illorū lignis, fœno, & ſtipula in præſentibus tribulationibus non uruntur nec purgantur, reſtat ut igne futuri ſæculi purgentur.

Præterea hic dies Domini nō poteſt intelligi de punitione poſt iudicium finale, quia nullus prædeſtinatus poſt hanc totam uitam punietur per ignem, ſed reprobatus in æternum ardebit in igne, loquitur ergo, ut te-

net Petrus Lombardus poſt multas alias expoſitiones huius dicti Pauli de pœnis purgatorii, quæ incipiunt poſt mortem in iudicio particulari in animabus moriētiū & maxime innuere uidetur, quando dicit cuius opus ſuperædificatū māſerit mercedē accipiet, quia merces pro operibus bonis in ſcriptura remuneratio intelligitur & maxime illa, quæ poſt mortem datur animæ ſeparatæ & poſt finale iudicium toti compoſito.

Aliqui etiam exponunt dictum Pauli in epiſtola prima ad Corinthios cap.xv. quid facient hii qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui nō reſurgunt per ly. Baptizāt intelligit ſatisfacere, & pniam agere & ſuffragari pro mortuis in purgatorio exiſtētibus, quia quum tenerent Corinthii ita reſurrectiōis fidē, uti paſſiōis eſſe cauſas remiſſionis culparū, non autem omnium pœnarum debitarum, clarum erat eſſe fruſtra ſuffragari per opera pœnalia defunctis chriſtianis, ſi reſurrectio remiſſiua culparum non eſſet, quia nulli dimittitur pœna ſine culpa.

Iob.xiiii.c.dicit. Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me, uſq; recorderis mei. Deus non protegit. dānatos, nec eoꝝ eſt memor in bonū. Purgādos aūt protegit deꝰ & eoꝝ memor eſt & poſt pęnalē ſatisfactionē glorificat. Mat.xviii.c.de malo ſeruo tortoribus tradito ac in carcerē truſo dicit, ꝙ carcerē nō exiret niſi prius uniuerſo debito ſoluto. Dānati uero nunꝗ debitū ſoluent, quo fit ut de purgādis intelligat. Ita quoq; Math.v.dicit nō conſentiētē aduerſario tradi miniſtro ꝑ iudicē & mitti in carcerē ibi eo uſq; māſurꝰ quo nouiſſimū reddiderit quadrantē, hic carcer purgandoꝝ eſt locus in quo plenaria fieri pōt patiēdo ſatisfacio, aut ſuffragādo, ꝗa meruerūt

in uita ſuſcipe ſuffragia ſi pro illis fiãt. Lucas refert.xii.c. ſeruũ q cognitã dñi uoluntatẽ nõ pfecit multis uapulari plagis. Qui uero pfecit, paucis,qa dãnati ĩfinita extenſiue mulctant̃ pęna. Purgandi uero temporaria. Apoca. cap.v.librũ uidit Ioãnes q etiã a nemine ſub terra aperiri poterat. Inuenes ibi eſſe dignos aliqua dignitate, qđ nõ põt de dãnatis oĩ dignitate priuatis intelligi. Limbus patꝶ quũ hoc dixit erat euacuatus. Itẽ ſub terra benedicebant deũ, qđ nõ cõuenit dãnatis qui mãducãt linguas pre doloribus blaſphemãtes deũ die ac nocte, ergo intelligit de hiis qui in purgatorio exiſtebant.

Dionyſius de eccl'iaſtica Hierarchia parte.iii.ca.vii. inquit ſctõꝶ Patrũ p̃cationes nedũ iis cõducũt q in uita adhuc manẽt. Verũ etiã illis qui iam exceſſerũt, modo ii pro qb⁹ adhibent̃ digni hoc eſt fideles ſint. Nec multo poſt inqt. Nõ peteret Põtifex diuię ĩterp̃s iuſtitię, quæ Deus maxime nõ pbaſſet, quęq; ſe largituꝶ eẽ diuinit⁹ nõ pmiſiſſet. Qua pꝑter pro pphanis hoc eſt luce carẽtib⁹ poſt dormitionẽ minime p̃cat̃. Rurſus dicit. Poſtulat ſacer antiſtes, quæ deo grata ſunt, & penitus cõcedẽda. Itẽ diuinã clementiã obſecrat orõ, ut mortuo q̃cũq; ex humana ĩfirmitate cõmiſſa ſunt peccata remittat. Eũdẽq; in luce uiuoꝶ, ac regione cõſtituat in Abrahæ ſinibus, Iſaac, & Iacob. Ex quo qdẽ loco dolor & triſtitia, & gemitus auſugiũt pcul. Præſertim quũ diuina maieſtas ſua benignitate deſpicer̃ macl'as cõſueuerit. Quas uitio imbecilitatis humanę ſuſceperũt mortui. Quippe quũ diuina clamet hiſtoriã. Neminẽ a ſordibus ĩpolutũ reperiri. Gregorius papa in ea oratione quã Cęſarii fratris epitaphiũ inſcripſit de matre ſua ſic loquit̃.

Dignum omni admiratione præconium auditũ eſt. Et matris examinatur affectio, ꝙ daturam ſe puero omnes diuitias in munus ſepulturę, bene ac ſanctę pollicita eſt. Et poſt alia, huiuſmodi igitur á nobis expectanda ſunt, atq; alia quidem dedimus alia porho daturi ſumus, quũ ſingulis annis mortuos honore afficiemus, eorumq́; celebrabimus memoriam.

Ioannes Chryſoſtomus ſuper epiſtola ad Philippẽs inquit. Etenim ſi in honore mortuorũ, quę ſua ſunt græci comburunt, quãto magis te decet proprias opes profundere non ut hæc pariter atq; illa in cinerem habeãt, quum potius ut illi maiorem compares laudem, nec nõ ut eundem a peccatis exoluas, ſi aliquo inquinatus ſcelere deceſſerit, ꝙ ſi iuſtus ſit, qui mortem obierit, per te illi maior mercedis ac retributionis fiet a ceſſio.

Gregorius Niſſenorum Epiſcopus inquit. Nequaq; ſine rõne, aut ſine ꝑmio & fructu a Xp̃i ꝑconibus iſdẽq; diſcipulis, traditum fuiſſet. Nec in uniuerſa inualuiſſet Eccleſia colendã. ſ. eſſe in ſacris & illuſtribus miſteriis eorum memoriam; qui in recta fide dormierũt niſi illud cõferret & deo ſummopere gratũ eſſet. Nã & ſi ſcriptũ eſt, ꝙ ſingulis reddet iuxta opera ſua & metet unuſquiſq; quod ſeminauit, atq; iis ſimilia nõ niſi ad extremũ opificis omniũ Dei aduentũ, atq; ad horrendã illam quę tũc pronũciabit ſententiã nec nõ ad finẽ uſq; mũdi referenda ſunt. Non enim erit tunc auxilii tp̃s, a ꝑpellatio omnis irrita, & uana erit, ꝑpter ea, ꝙ quũ ſoluto nũdinę negotiari amplius nõ licet. Nam ubi tunc erũt pauperes, ubi miniſteria, quo in loco pſalmi. Vbi recte facta quaꝑpter priuſq̃ id tẽpus ſuperueniat, nos inter nos opẽ ſe

ramus ac cleméti Deo, qui hominũ animorũq; noſtrorũ curam gerit charitatis officia exhibeamus, ſuſcipit enĩ ſane facile uel pro his qui impauide, ut ita dicã impara te deceſſerunt. Si qua p̃ neceſſarios, uel ꝓpinquos ſuos, ad ſupplementũ delictorũ offerunt iiſq; ipſis in operum, actionũq; locũ aſcribit & computat. Vult enim clemẽs Deus hoc ipſum ab hominibus poſtulari & quæcũq; ad ſalutẽ ſuarũ creaturarũ petunt tribuere quibus tũc prorſus flectitur, & inclinat, quũ quis gratia ꝓximi non pro ſua ipſius anima ſolicitus eſt. Nam ex hoc ſimilis Deo efficitur, qui aliorũ munera quaſi in ſuã expetit gratiã, atq; quũ erga animã ꝓximi ſui bñficus extiterit pfecte charitatis terminum complectetitur atq; maximam beatitudinem acquiret.

Damaſcenus affirmat morẽ orandi pro defunctis ab Aplorũ traditionibus manaſſe. Auguſtinus queſt. prima de dulcitii quæſtionibus teſtat purgatorium.

Theodoſii meminit cur in eccleſia Dei. primus, ſeptimus, trigeſimus defunctorũ agat. Thobias. iiii. cap. d. Panem tuũ, & uinum tuũ ſuper ſepulturã iuſti cõſtitue, ut. ſ. pauperes inde refecti pro defuncti ſalute p̃cent, & liber ille modo eſt in Canone Chriſtianorum.

Lutherus in tractatu de Chriſti paſſione inquit quẽlibet Chriſtianum debere pati Xp̃i paſſionẽ in hac uita uel in purgatorio aut in inferno & in tractatu de reſolutione indulgentiarũ reſolutione. xv. inquit. Purgatoriũ eſſe mihi certiſſimum eſt. Nec me multum mouent hæretici, quia iam mille & plus anni ſunt, q̃ beatus Auguſtinus in libro confeſſionum pro patre & matre orat, & orandum petit.

Extat pterea Epi Cyrilli Epla ad beatũ Auguſtinũ de trãſitu & miraculis btiſſimi Hieronymi in qua habetur, ꝙ inſurgẽte hæreſi negante mortuorum hominum reſurrectionem & purgatorium. Euſebius Hieronymi diſcipulus obnixe, cũ lachrymis Magiſtrũ exorauit ut a dño impetraret huius hæreſis extinctionẽ. Cui apparens dixit ꝙ tres eadẽ nocte defuncti quæ diẽ in quo cum hæreticis diſputatio erat abſoluenda præcedebat ad ſaci tactũ quo mẽbra opiebat in uita ſubito omni populo & hæreticis aſtantibus reſurgerẽt, qui quum euigilaſſent q̃plurima de purgatorio & iſerno enarauerũt, & ſe a beato Hieronymo ad prefata loca fuiſſe cõductos. uide hæc late in illa Epiſtola quæ pulcherrima eſt, & ſic illa hæreſis extincta eſt. Hinc aliqui figurari purgatorium putant ex deſerto medio inter Egyptũ, & ꝓmiſſionis terrã, qm̃ Purgatorium eſt locus pœnalis inter pſentem uitam in qua gratia Dei habetur, & infernũ, in quo incendia habentur, pro commiſſis culpis.

Quinto probatur purgatorium eſſe authoritatibus Doctoꝝ eccleſiæ. & primo Origenis loquentis de Egyptiis ſubmerſis in mari rubro, expones illud. pſalm, ſubmerſi ſicut plumbum in aquis uehemẽtibus dicẽs. Toti erãt plũbi, & nihil auri habentes, ideo nõ purgandi per ignẽ, ſed demergẽdi in ꝓfundũ, qui enim omni auro cõtritionis caruerũt in morte, toti plũbei detruſi ſunt in infernũ, qui uero cũ plũbo pctoꝝ uenialiũ mortui ſunt habentes aurum charitatis, iſti exuſto plumbo, in purgatorio uti puꝝ auꝝ paradiſum ingrediunt. Bernardus Sermone. lxvi. dicit. qui nõ credũt ignẽ purgatorii, ſed ſtatim aíam ſolutã à corpore uel ad requiẽ trãſire, uel ad

mortem, quærant, ab eo qui dixit. Pct̃m̃ neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro relaxari.

Sexto extãt reuelationes de purgatorio factæ Sctõ Patritio in Hibernia, btõ Martiali, & beatæ Brigidæ, ut pȝ in eorꝝ legendis, & reuelationibus, & ſi nõ eſſet purgatoriũ, & fides de illo, in quo aĩæ poſt mortem corporꝝ ſatisfacere poſſent pro peccatis hic quo ad culpã dimiſſis daret̃ cauſa deſperãdi illis, ꝗ pœnè totã uitã male uixerũt, qui remiſſionem culpaꝝ ex cõtritione merent̃ remiſſa, quæ nõ ſufficit ad remiſſionem plenariã á pœna.

